MASTER NEGATIVE NO. 91-80038-11

AUTHOR:
KATLUHN, K.

TITLE:
GERAS

PLACE:
REGIMONTI

DATE:
1914

Master Negative #

91-80038-11

COLUMBIA UNIVERSITY LIBRARIES
PRESERVATION DEPARTMENT

BIBLIOGRAPHIC MICROFORM TARGET

Original Material as Filmed - Existing Bibliographic Record

```
BKS/PROD  Books       FUL/BIB   NYCG91-B21760          Acquisitions     NYCG-ME
Record 1 of 0 - Record added today
+
  ID:NYCG91-B21760    RTYP:a    ST:p    FRN:     MS:       EL:        AD:03-25-91
  CC:9668  BLT:am      DCF:?   CSC:?    MOD:     SNR:      ATC:       UD:03-25-91
  CP:nyu     L:lat     INT:?   GPC:?    BIO:?    FIC:?     CON:???
  PC:r      PD:1991/1914       REP:?    CPI:?    FSI:?     ILC:????  MEI:?   II:?
  MMD:      OR:    POL:    DM:     RR:           COL:      EML:      GEN:   BSE:
  040       NNC‡cNNC
  100 10    Katluhn, Carolus.
  245 10    Geras‡h[microform].‡bDissertatio inauguralis quam ad summos in philoso
          phia honores ab amplissimo philosophorum ordine regimontano rite capesse
          ndos.‡cscripsit Carolus Katluhn insterburgensis.
  260 0     Regimonti,‡bEx Officina Kuemmeliana,‡c1914.
  LDG       ORIG
  QD        03-25-91
```

Restrictions on Use:

TECHNICAL MICROFORM DATA

FILM SIZE: 35mm   REDUCTION RATIO: 11x

IMAGE PLACEMENT: IA (IIA) IB IIB

DATE FILMED: 9-28-93   INITIALS JAMES

FILMED BY: RESEARCH PUBLICATIONS, INC WOODBRIDGE, CT

ΓΕΡΑΣ

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES
AB AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE
REGIMONTANO
RITE CAPESSENDOS

SCRIPSIT

CAROLUS KATLUHN
INSTERBURGENSIS

REGIMONTI
EX OFFICINA KUEMMELIANA
MCMXIV

Gedruckt mit Genehmigung der
Philosophischen Fakultät der Kgl. Albertus-Universität
zu Königsberg i. Pr.
Referent: Prof. Dr. Deubner

LUDOVICO DEUBNER
SACRUM

Argumenti conspectus

Qui de vocis γέρας apud Graecos significatione atque usu quaerere in animo habet, eius primum erit investigare quae vis vocis γέρας vetustissima sit existimanda et qua via in alium abierit usum. Quibus absolutis exponam qui in diversis operum generibus fuerit usus vocis γέρας et quae vocabula nonnunquam synonyma adhibeantur.

In exemplis et testimoniis colligendis exceptis medicorum Graecorum operibus, quae verborum indicibus carent, omnia fere respexi, quae ante Christum natum conscripta sunt. Quod ad opera Graeca post Christum natum condita attinet, quamquam cum alias ob causas tum propter ingentem eorum numerum cunctorum rationem habere non potui, habui tamen nonnullorum, quae mihi quidem satis magni momenti videbantur esse. Ipse perlegi ea tantum opera, quorum indices adhuc non exstant, velut Iosephi Eusebii Origenis (ex parte Clementis Alexandrini[1])) Synesii Methodii Libanii Iuliani aliorum. Titulos quoque quam diligentissime perscrutatus sum.

---

[1]) Staehlin mihi benignissime ex indice Clementino brevi edendo enotavit, quibus locis γέρας, δωρεά alia synonyma occurrant.

Sed ingentem locorum copiam afferre nec potui nec volui, cum multis saepe exemplis eadem notio confirmetur. Itaque indici locorum etiam ea inserui exempla, quae in ipsa quaestione instituenda non attuli.

Vocem *γέρας* cum carmina Homerica orirentur iam diu in usu fuisse ex eo cognoscimus, quod in Iliade et in Odyssea complures eius occurrunt significationes[1].

Quarum quae genuina ac vetustissima sit arbitranda si quaerimus, neglegi potest a nobis illa Homerica quae vocatur quaestio (cf. Christ-Schmid, Griechische Literaturgeschichte I[6] 63 sqq); nam per totum Homerum nullum apparet in adhibendis vocis *γέρας* significationibus discrimen.

Iam si consideramus homines secundum naturam primo rerum oculis subiectarum, deinde cogitando comprehendendarum nomina condidisse[2], ex significationibus apud Homerum obviis colligere possumus vocem *γέρας* primum donum vel praemium honorarium significare, quod, cum in voce *γέρας* notio honorandi et ornandi insit, imprimis praeclaris viris sive virtutis sive dignitatis comprobandae causa assignatur.

---

[1]) De vocis *γέρας* apud Homerum usu iam Osthoff (Griech. und lat. Wortdeutungen, ser. 4, Idg. Forsch. XIX (1906) p. 223 sqq) nonnulla protulit. Hoc loco O. etiam de vocis *γέρας* origine quaerens *γέρας* et *γῆρας* inter se confert (imprimis pp. 217 sqq; 227 sqq). cf. etiam Plutarch. an seni respublica gerenda sit p. 789[e].

[2]) cf. Skutsch, Odium und Verwandtes, Glotta II (1910) p. 240; Deubner, Strena, Glotta III (1912) p. 40; Kobbert, De verborum »religio« atque »religiosus« usu apud Romanos, diss. Regim. 1910, p. 53.

Itaque saepissime *γέρας* apud Homerum, maxime in Iliade, donum significat, quod bellis bene gestis ex praeda nondum dispertita ducibus et aliis viris fortibus eligebatur atque ad iustam praedae partem addebatur[1]) quasi debitum virtutis praemium[2]). Nam Il. I 163 sqq Achilles Agamemnoni haec dicit

οὐ μὲν σοί ποτε ἶσον ἔχω γέρας, ὁππότ' Ἀχαιοὶ
Τρώων ἐκπέρσωσ' εὖ ναιόμενον πτολίεθρον·
ἀλλὰ τὸ μὲν πλεῖον πολυάϊκος πολέμοιο
χεῖρες ἐμαὶ διέπουσ'· ἀτὰρ ἤν ποτε δασμὸς ἵκηται,
σοὶ τὸ γέρας πολὺ μεῖζον, ἐγὼ δ' ὀλίγον τε φίλον τε
ἔρχομ' ἔχων ἐπὶ νῆας, ἐπὴν κεκάμω πολεμίζων.

γέρας peculiarem praedae partem esse etiam hi docent versus (Od. XI 533 sqq)

ἀλλ' ὅτε δὴ Πριάμοιο πόλιν διεπέρσαμεν αἰπήν,
μοῖραν καὶ γέρας ἐσθλὸν ἔχων ἐπὶ νῆας ἔβαινεν
ἀσκηθής,

ubi iusta praedae pars *μοῖρα* vocatur[3]). Hanc notionem vox *γέρας* aliis permultis habet Homeri locis, velut Chryseis, praemium Agamemnonis, Briseis, praemium Achillis, semper *γέρας* appellantur in iurgio quod est inter hunc et illum (Il. I 118 120 123 133 135 138 161 163 167 185 276 356 507; II 240; IX 111 334 344 367); similiter Thersites Agamemnoni maledicens

[1]) Quod Osthoff (l. l. p. 225 sq) vetustissimam significationem praecipuam partem honorariam (Ehrenteil) valere mavult, id quamquam paulum differt, tamen non adeo mihi videtur probandum, cum etiam dandi vim in voce *γέρας* inesse appareat.

[2]) cf. Il. IX 334.

[3]) v. Osthoff l. l. p. 223 sq; cf. etiam Buchholz, Homerische Realien, Leipz. 1871—85, II 1 p. 329 sq.

divitias in bello Troiano acceptas *γέρα* vocat (Il. II 237)[1]). Cuius illa *γέρα* fuerint generis, partim cognoscimus ex Il. IX 120 sqq, ubi Agamemno, ut Achilli satisfiat, aureos tripodes[2]), aurum, pelves fulgentes, equos ad cursum idoneos, mulieres puellasque pulchras et in artibus versatas offert; ea dona, quae hoc loco v. 120 *ἄποινα*, v. 121 *δῶρα* appellantur, Agamemno quasi *γέρα* et praedae partes accepit[3]); alia quoque dantur, arma speciosa vel vestimenta.

Quibus *γέρασι* initio reges aliique viri praeclari pro eis quae paulo ante praestiterant, velut pro fortitudine vel prudentia, condonabantur, paulatim vero venerationis tantum significandae vel dignitatis comprobandae causa. Velut Od. VII 10 nautae Alcinoi a latrocinio reversi regi, qui quidem omnibus expeditionibus a civibus susceptis interesse non potest, Eurymedusam tamquam peculiarem praedae partem honorandi causa dono dant

Ἀλκινόῳ δ' αὐτὴν γέρας ἔξελον, οὕνεκα πᾶσιν
Φαιήκεσσιν ἄνασσε, θεοῦ δ' ὣς δῆμος ἄκουεν.

Deinde quod ad res domesticas attinet, reges aliique principes etiam in conviviis et publicis et privatis quibus aderant *γέρας* accipere solent[4]), quod maiore carnis ac vini parte constat. cf. Od. IV 65 sq

ὣς φάτο, καί σφιν νῶτα βοὸς παρὰ πίονα θῆκεν
ὄπτ' ἐν χερσὶν ἑλών, τά ῥά οἱ γέρα πάρθεσαν αὐτῷ.

[1]) cf. Il. XVI 54 56; XIX 89; Od. XI 534.

[2]) cf. etiam Horat. carm. IV 8, 3 sq *donarem tripodas, praemia fortium Graiorum.*

[3]) cf. Il. IX 111 (*γέρας*) et 113 (*δῶρον*).

[4]) v. Il. VIII 161; XII 311. cf. Buchholz, l. l. II 1 p. 93.

Eiusmodi portiones vel emolumenta etiam Od. XI 184 sqq commemorantur, ubi umbra Anticleae ad Ulixem filium haec loquitur

σὸν δ᾽ οὔ πώ τις ἔχει καλὸν γέρας[1]), *ἀλλὰ ἕκηλος*
Τηλέμαχος τεμένεα νέμεται καὶ δαῖτας ἐΐσας
δαίνυται, ἃς ἐπέοικε δικάσπολον ἄνδρ᾽ ἀλεγύνειν·
πάντες γὰρ καλέουσι[2]).

Nec non vox *γέρας* universa notione apud Homerum adhibetur, velut doni, quod balneatori vel balneatrici vel aliis servis datur; cf. quae Od. XX 296 sqq Ctesippus procus de Ulixe facit verba

ἀλλ᾽ ἄγε οἱ καὶ ἐγὼ δῶ ξείνιον, ὄφρα καὶ αὐτὸς
ἠὲ λοετροχόῳ δώῃ γέρας ἠέ τῳ ἄλλῳ
δμώων, κτλ.,

ubi honorandi notio paene evanuit[3]).

Neque modo praemia, velut praedae partes aliaque dona honoraria, sed etiam honores praeclaris viris ac bene meritis tributi et magistratus eorumque auctoritas *γέρα* appellantur iam apud Homerum. Velut Il. XX 181 sq Achilles de Priami regis dignitate ad Aeneam, qui cum eo certaturus est, haec loquitur

ἀτὰρ εἴ κεν ἔμ᾽ ἐξεναρίξῃς,
οὔ τοι τοὔνεκά γε Πρίαμος γέρας ἐν χερὶ θήσει·

similiter Od. VII 150 Ulixes Aretae reginae dicit suis quemque liberis cum opes tum eam dignitatem (*γέρας*)

---

1) v. infra p. 5.

2) v. Il. VI 194 sq; IX 155 576; Od. VI 293; XVII 299; cf. etiam Hepp, Politisches und Soziales aus der Ilias und Odyssee in vergleichender Darstellung, Rottweil 1883, p. 14.

3) Aliam interpretationem (Extragabe) praefert Osthoff l. l. p. 224; cf. Ameis-Hentze[7] ad loc.; Pape-Sengebusch, Handwörterbuch[3] I 485b.

relinquere debere, quam a populo acceperit[1]), i. e. regiam potestatem

καὶ παισὶν ἐπιτρέψειε ἕκαστος
κτήματ᾽ ἐνὶ μεγάροισι γέρας θ᾽ ὅ τι δῆμος ἔδωκεν;

aliis quoque locis Ulixis dignitas regia *γέρας* vocatur (Od. XI 175 184; XV 522)[2]).

Deinde *γέρας* omnino privilegium vel ius praecipuum significat; cf. Il. IV 323 sq (Nestoris verba)

ἀλλὰ καὶ ὣς ἱππεῦσι μετέσσομαι ἠδὲ κελεύσω
βουλῇ καὶ μύθοισι· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Eadem ratione Il. XI 422 ius legationis *γέρας γερόντων* appellatur

ἀλλ᾽ ὑμεῖς μὲν ἰόντες ἀριστήεσσιν Ἀχαιῶν
ἀγγελίην ἀπόφασθε, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ γερόντων.

Sed etiam eae res, quibus dei ab hominibus honorantur, interdum voce *γέρας* significantur, sacrificia dico et honores. Velut Il. IV 48 sq et XXIV 69 sq Iuppiter Iunoni dicit se ceterosque deos semper ab Hectore sacrificiis quasi *γέρα* cultos esse

οὐ γάρ μοί ποτε βωμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐΐσης,
λοιβῆς τε κνίσης τε· τὸ γὰρ λάχομεν γέρας ἡμεῖς.

Quae notio nescio an originem duxerit e principum virorum convivialibus emolumentis; respicias etiam verba *δαιτὸς ἐΐσης*[3]).

Neque modo deis, sed etiam mortuis, quorum quidem animae divinae putabantur, eiusmodi dona dari potuisse apparet. Velut cum Lycii Sarpedonem suae

---

1) Od. VII 150 et XVI 375; cf. Naegelsbach-Autenrieth, Homerische Theologie[3], 1884, p. 252.

2) cf. Osthoff l. l. p. 226.

3) cf. supra p. 4 (Od. XI 184).

gentis civem ac consanguineum in sepulcro condunt et monumentum exstruunt, id ipsum pro γέρα habetur; cf. Il. XVI 457 = 675

ἔνθα ἑ ταρχύσουσι κασίγνητοί τε ἔται τε
τύμβῳ τε στήλῃ τε· τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Eiusmodi γέρα praeterea in honoribus et in variis generibus lamentationis ac memoriae constabant; cf. Il. XXIII 6 sqq, ubi Achilles sodales adhortatur, ut essedis sollemni cursu Patrocli corpus circumvehantur et defunctum complorent

Μυρμιδόνες ταχύπωλοι, ἐμοὶ ἐρίηρες ἑταῖροι,
μὴ δή πω ὑπ᾽ ὄχεσφι λυώμεθα μώνυχας ἵππους,
ἀλλ᾽ αὐτοῖσ᾽ ἵπποισι καὶ ἅρμασιν ἆσσον ἰόντες
Πάτροκλον κλαίωμεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Neque multum distat, quod Od. XXIV 185 sqq legimus

οὐ γάρ πω ἴσασι φίλοι κατὰ δώμα ἑκάστου,
οἵ κ᾽ ἀπονίψαντες μέλανα βρότον ἐξ ὠτειλέων
κατθέμενοι γοάοιεν· ὃ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων.

Similiter Od. XXIV 292 sqq pater Laertes optat, ut Ulixes mortuus defunctorum γέρας nanciscatur: ut uxor ac pater oculos Ulixis mortui operiant, eum complorent ac defleant, τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντων (v. 296); Od. IV 197 sq Νέστορος υἱός mortalibus γέρας esse dicit necessarios obitum lugentes capillos tondere et lacrimis genas aspergere

τοῦτό νυ καὶ γέρας οἶον ὀϊζυροῖσι βροτοῖσιν,
κείρασθαί τε κόμην βαλέειν τ᾽ ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

Vocem γέρας apud Homerum usitatissimam fuisse atque in variis condicionibus adhibitam esse supra

vidimus. Ex Homero pendent posteriores. Sic imprimis poetae epici et alias res ab eo et nonnulla mutuarunt vocabula atque interdum effecerunt, ut novae vocum significationes orirentur. Quod quomodo in voce γέρας adhibenda factum sit ut videamus, testimonia perscrutemur.

Semel in Thebaide cyclica[1]) vocem γέρας illa significatione invenimus, quam apud Homerum saepe exstare vidimus, doni dico honorarii, quod victoria parta quasi praemium datur. Poeta enim Hipponoi filiam, quam Oeneus Oleno expugnata acceperat et uxore Althaea mortua in matrimonium duxit, γέρας appellat Ἀλθαίας δὲ ἀποθανούσης ἔγημεν Οἰνεὺς Περίβοιαν τὴν Ἱππονόου· ταύτην δὲ ὁ μὲν γράψας τὴν Θηβαΐδα πολεμηθείσης Ὠλένου λέγει λαβεῖν Οἰνέα γέρας. cf. Hellanici frg. 75 Mueller FHG I p. 55 (Schol. Eur. Hec. 125) Ἑλλάνικος δὲ λέγει διὰ τοῦτο αὐτοὺς (scil. Acamantem et Demophontem) ἀπελθεῖν ἐκεῖσε, ὅπως, εἰ μὲν ἕλοιεν Ἕλληνες τὴν Τροίαν, λάφυρον αὐτὴν (scil. Aethram) καὶ γέρας λάβωσιν[2]). [Apollod.] Bibl. III 162 Wagner Τελαμὼν καὶ συστρατευσάμενος ἐπὶ Τροίαν σὺν Ἡρακλεῖ, λαμβάνει γέρας Ἡσιόνην τὴν Λαομέδοντος θυγατέρα κτλ. Istrum frg. 22[3]) μετὰ τὴν ὑφ᾽ Ἡρακλέους γενομένην τῆς Τροίας ἅλωσιν Τελαμὼν Θεάνειραν, τὴν καὶ Ἡσιόνην, γέρας ὡς ἐξαίρετον[4]) ἔλαβεν, ὡς Ἴστρος ἐν Συμμίκτοις φησίν. Plutarchum Thes. 26 (Θησεὺς) γέρας ἀριστειῶν Ἀντιό-

[1]) frg. 6 Kinkel, Epic. Graec. Fragm. I p. 12 sq; cf. [Apollod.] Bibl. I 74 Wagner.

[2]) cf. eiusdem frgg. 76 et 138 Mueller I pp. 55 et 64.

[3]) Mueller FHG I 421; cf. Schol. ad Lycophr. Alex. 467 Scheer II 170.

[4]) In nonnullis codicibus deesse verba ὡς ἐξαίρετον Muellerus admonet.

πην ἔλαβεν; alia similia[1]). Libanius et aliis locis et nonnunquam in declam. V. eadem notione *γέρας* adhibet: velut § 5 (vol. IV p. 319 Foerster) Achillem, quippe qui magnis bonis affecerit Graecos, de ingratis principum animis conquerentem facit his verbis *τίνες οὖν αἱ τούτων ἀμοιβαί; ἐστέρημαι τοῦ γέρως, ἀφῄρημαι τὴν τιμήν, ὑπὲρ τοὺς ἀτίμους ὕβρισμαι κτλ.* Ea re igitur, quod Briseis, Achillis *γέρας*, ei erepta est, honorem (*τιμήν*) amisit et tamquam *ἄτιμος* habetur; *γέρας* quasi signum apparet *τιμῆς*[2]).

Omnibus illis locis Homeri premuntur vestigia. Quibus adiungitur etiam Iulianus or. II 50ª (p. 62 Hertlein) *οὐ μὴν οὐδὲ τὸν Ἀγαμέμνονά φησιν ὁ πατὴρ ἐκείνων τῶν λόγων μετρίως καὶ πολιτικῶς προσενεχθῆναι τῷ στρατηγῷ, ἀλλ' ἀπειλῇ τε χρῆσθαι καὶ ἔργοις ὑβρίζειν, τοῦ γέρως ἀφαιρούμενον.*

Eam notionem apud Homerum adeo subtiliter expressam ac definitam etiam apud posteriores poetas epicos, qui quidem in verborum usu Homerum sequuntur, inveniri non est mirum: cf. Quint. Smyrn. posthom. VII 677 sqq, ubi narratur Argivos Neoptolemum, Achillis filium, honoravisse *ἀγακλειτοῖς γεράεσσιν*, *ἄσπετα* scilicet *δῶρα διδόντας*. Similia aliis compluribus locis exstant, velut Nonn. dionys. XXXIII 174, ubi sermo est de corona, quae *γέρας τοξοσύνης* vocatur, vel ib. XXXVI 436 sq

ὁππότε Βασσαρίδων πεπεδημένον ἑσμὸν ἐρύσσας
ὤπασα Δηριάδῃ, πολέμου γέρας κτλ.

1) cf. Plut. Public. 20; Artaxerx. 10; Alciphr. epist. 36, p. 78 Hercher; Porphyr. quaest. Hom., ad Il. XVI 56, p. 97 Schrader; Heliod. Aethiop. V 32, p. 154 Bekker.

2) cf. ib. V 36 38 63 82 (vol. V p. 324 sqq Foerster).

vel Quint. Smyrn. posthom. XIV 240 sq

ὄφρα οἱ ἐκ πολέμοιο γέρας περικαλλὲς ἄγοιτε
τύμβον ἐπ' εὐρώεντα Πολυξείνην εὔπεπλον;

quibus locis quod praemium honorarium vocibus *πολέμου* (vel *ἐκ πολέμοιο*) *γέρας* accuratius describitur, *γέρας* respicere cognoscimus consuetudinem illam praedae dispertiendae[1]).

Usu translato Oppianus hal. I 529 sqq de piscibus haec dicit

αἱ μὲν ἀλευόμεναι τρηχὺν γάμον, οἱ δ' ἀεκουσῶν
εὐνῆς ἱμείροντες ἑκούσιοι εἰσόκεν ἀλκῇ
νικήσας ζεύξῃ μιν ἀναγκαίῃ φιλότητι,
ἠΰτε ληϊδίην, πολέμου γέρας

i. e. quod matrimonium feminae vitant ac fugiunt, masculi persequuntur quasi praedam, quae est belli praemium honorarium.

Sin autem apud Quintum Smyrnaeum posthom. IX 509 sqq Agamemnonem ad Philoctetam haec audimus loquentem

ἀλλ' ἐπεὶ ἀασάμεσθα καὶ ἠλίτομεν τόδε ἔργον,
ἐξαῦτις δώροισιν ἀρεσσόμεθ' ἀπλήτοισι,
Τρώων ἤν ποθ' ἕλωμεν ἐϋκτίμενον πτολίεθρον.
νῦν δὲ λάβ' ἑπτὰ γυναῖκας ἐείκοσι τ' ὠκέας ἵππους
ἀθλοφόρους τρίποδάς τε δυώδεκα, τοῖς ἔπι θυμὸν
τέρψεις ἤματα πάντα· καὶ ἐν κλισίῃσιν ἐμῇσιν
αἰεί τοι παρὰ δαιτὶ γέρας βασιλήϊον ἔσται.
ὣς εἰπὼν ἥρωϊ πόρεν περικάλλεα δῶρα

praemia voce *δῶρον* significantur, voce *γέρας* tamen

1) cf. supra p. 2 sq.

eae peculiares carnis (ac vini) partes, quae in epulis honoris causa regum propriae sunt[1]).

Deinde non secus atque apud Homerum (v. p. 4 sq) etiam apud Apollonium Rhodium *γέρας* honorem significat: cf. Argon. I 827 sqq, ubi Hypsipyle Iasonem hortatur, ut maneat ac Thoantis patris regnum suscipiat

εἰ δέ κεν αὖθι
ναιετάειν ἐθέλεις, καί τοι ἅδοι, ἦ τ' ἂν ἔπειτα
πατρὸς ἐμεῖο Θόαντος ἔχεις γέρας κτλ.

Recte ad hoc scholiasta: *γέρας*] *τὴν βασιλείαν.*

Nec non si respiciuntur condiciones, quae inter deos sunt[2]), *γέρας* adhibetur ad significanda ea praemia et honores, quae imprimis Iuppiter singulis tribuit deis. Quo usu amplificato *γέρας* apud Homerum ut non exstat, ita iam apud Hesiodum et in hymnis Homericis nonnunquam nobis occurrit: Hes. theog. 393 396 *γέρα* et *τιμή* iis promittuntur a Iove deis, qui contra Titanes sint pugnaturi; ubi *γέρα* dona significat, *τιμή* honorem. Hic singularem illic pluralem positum esse attendas

εἶπε δ', ὃς ἂν μετὰ εἷο θεῶν Τιτῆσι μάχοιτο,
μή τιν' ἀπορραίσειν γεράων, τιμὴν δὲ ἕκαστον
ἑξέμεν ἣν τὸ πάρος γε μετ' ἀθανάτοισι θεοῖσι.
τὸν δ' ἔφαθ', ὅστις ἄτιμος ὑπὸ Κρόνου ἠδ' ἀγέραστος,
τιμῆς καὶ γεράων ἐπιβησέμεν ἣ θέμις ἐστίν.

Iam cf. Hes. theog. 425 sqq[3])

[1]) cf. Homerum, supra p. 3 sq.
[2]) cf. Buchholz, Hom. Real. III 1 p. 35.
[3]) v. 427 post v. 425 collocari iusserunt Goettling et Rzach, quos sequor. Nam versibus 427 et 426 transpositis omnia bene cohaerent: Hecatae in terra caelo mari singula *γέρα*, quae

425 *ἀλλ' ἔχει* (sc. Hecata) *ὡς τοπρῶτον ἀπ' ἀρχῆς ἔπλετο* [*δασμός,*
427 *καὶ γέρας ἐν γαίῃ τε καὶ οὐρανῷ ἠδὲ θαλάσσῃ·*
426 *οὐδ', ὅτι μουνογενής, ἧσσον θεὰ ἔμμορε τιμῆς,*
428 *ἀλλ' ἔτι καὶ πολὺ μᾶλλον, ἐπεὶ καὶ Ζεὺς τίεν αὐτήν.*

Priscum partitionis morem vox *δασμός* hic similiter atque Hom. Il. I 166 sq indicat[1]). At cum apud Homerum (l. l.) *γέρας*, quod ex partitione efficitur, praemium sit peculiare honoris causa datum, Hesiodi loco non tam ad res spectat sensibus subiectas quam ad potestatem vel imperium. Nam perspicuum est voce *γέρα* illa tria regna significari, quae Saturnus Hecatae tribuit, Iuppiter confirmavit[2]). Quae similiter etiam ib. 448 sqq illustrantur, ubi et de potentia et de variis regnis deae Hecatae haec leguntur

οὕτω τοι καὶ μουνογενὴς ἐκ μητρὸς ἐοῦσα
πᾶσι μετ' ἀθανάτοισι τετίμηται γεράεσσι.
θῆκε δέ μιν Κρονίδης κουροτρόφον, οἳ μετ' ἐκείνην
ὀφθαλμοῖσιν ἴδοντο φάος πολυδερκέος Ἠοῦς.
οὕτως ἐξ ἀρχῆς κουροτρόφος, αἵδε τε τιμαί[3]).

Apparet *τιμαί* idem valere ac *γέρα*.

cf. etiam Hes. op. et di. 121 sqq, ubi narratur Iovem Saturno pulso deis antea regnantibus privilegia vel imperia quaedam tribuisse

αὐτὰρ ἐπειδὴ τοῦτο γένος κατὰ γαῖα κάλυψεν,
τοὶ μὲν δαίμονές εἰσι Διὸς μεγάλου διὰ βουλὰς

tum cum partitio fuit a Saturno acceperat, a Iove servata sunt; cf. Schoemann, Opusc. acad. II 219; A. Meyer, De compositione theogoniae Hesiodeae, diss. Berol. 1887, p. 25 sqq.

[1]) cf. supra p. 2 sq.
[2]) cf. Homerum, supra p. 4 sq.
[3]) cf. Hes. theog. 392—396.

ἐσθλοί, ἐπιχθόνιοι, φύλακες θνητῶν ἀνθρώπων,
[οἵ ῥα φυλάσσουσίν τε δίκας καὶ σχέτλια ἔργα,
ἠέρα ἑσσάμενοι πάντη φοιτῶντες ἐπ᾽ αἶαν,]
πλουτοδόται· καὶ τοῦτο γέρας βασιλήϊον ἔσχον.

Hanc vim *γέρας* etiam in hymn. Hom. XXVIII (in Vestam et Mercurium) 1 sqq habet, ubi haec leguntur

Ἑστίη, ἣ πάντων ἐν δώμασιν ὑψηλοῖσιν
ἀθανάτων τε θεῶν χαμαὶ ἐρχομένων τ᾽ ἀνθρώπων
ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχε, πρεσβηΐδα τιμήν,
καλὸν ἔχουσα γέρας καὶ τίμιον· οὐ γὰρ ἄτερ σοῦ
εἰλαπίναι θνητοῖσιν, ἵν᾽ οὐ πρώτῃ πυμάτῃ τε
Ἑστίῃ ἀρχόμενος σπένδει μελιηδέα οἶνον;

cf. hymn. Hom. III (in Mercurium) 291 sq, ubi Iuppiter Mercurio *γέρας* tribuit ducem hominum fallacium semper appellari

τοῦτο γὰρ οὖν καὶ ἔπειτα μεθ᾽ ἀθανάτοις γέρας ἕξεις,
ἀρχὸς φηλητέων κεκλήσεαι ἤματα πάντα,

porro quae hymn. Hom. IV (in Venerem) 26 sqq de Vesta legimus

ὤμοσε δὲ μέγαν ὅρκον, ὃ δὴ τετελεσμένος ἐστίν,
ἁψαμένη κεφαλῆς πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο,
παρθένος ἔσσεσθαι πάντ᾽ ἤματα, δῖα θεάων.
τῇ δὲ πατὴρ Ζεὺς δῶκε καλὸν γέρας ἀντὶ γάμοιο κτλ.

Hic *γέρας* alium ducit colorem; nam cum ad illud *παρθένος ἔσσεσθαι* pertineat, ingenium vel potius virtutem significat, quae in beneficii et gratiae loco tributa est et ipsa honorem fert.

Nec non si de posteriorum epicorum usu quaerimus, hac notione vocem *γέρας* velut apud Nonnum dionys. XLVII 263 sq legimus

καὶ τὰ μὲν οἰνοφύτῳ Κρονίδης πόρεν Ἀτθίδι γαίῃ,
ἓν γέρας ἐντύνων καὶ Παλλάδι καὶ Διονύσῳ.

Atque in his Nonni (dionys. XI 118 sqq) verbis

σὸς φίλος, ἄτρομε κοῦρε, μάτην Διόνυσος ἀκούει·
ποῖον ἑταιρείης γέρας ἔλλαχες; οὐ σὺ Λυαίου
θέσκελον ἅρμα φέρεις, οὐ πόρδαλιν ἡνιοχεύεις
δίφρα τεοῦ Βρομίοιο Μάρων· λάχε, χεῖρα τιταίνων
θηρονόμῳ μάστιγι καὶ εὐλάϊγγι χαλινῷ·
ποῖον ἔχεις τόδε δῶρον ἀπ᾽ εὐθύρσοιο Λυαίου;
πηκτίδα Πᾶνες ἔχουσι καὶ εὐκελάδων θρόον αὐλῶν,
καὶ Σατύροις πόρε κύκλον ἐρισμαράγοιο βοείης
σὸς ταμίης Διόνυσος, ὀρεστιάδες δὲ καὶ αὐταὶ
Βασσαρίδες ῥαχίῃσιν ἐφεδρήσσουσι λεόντων.
ποῖα τεῆς φιλότητος ἐπάξια δῶρα κομίζεις,
πορδαλίων ἐλατῆρι μάτην· πεφιλημένε Βάκχῳ;

γέρας et *δῶρον* eadem fere notione et de eadem re adhibentur; nam utraque voce significantur res quaedam, quibuscum certa facultas vel potestas coniuncta videtur esse. Sic *γέρας* etiam Nonn. dionys. XXXIX 71 sq adhibitum invenimus

ἔκλυον, ὥς ποτε θῶκον ἐὸν καὶ σκῆπτρον Ὀλύμπου
δῶκε γέρας Ζαγρῆι καὶ ἄμπελον οἴνοπι Βάκχῳ[1]).

Accuratius facultatem ac potestatem cum munere coniunctam esse ex Nonni dionys. XLI 335 sqq cognoscimus, ubi Harmonia Veneri haec dicit

τὸ δὲ πλέον ἔννομος Ἑρμῆς
τοῦτο γέρας μεθέηκε, βιαζομένους ἵνα μούνη
ἀνέρας, οὓς ἔσπειρα, γάμου θεσμοῖσι σαώσω.

Nec non in hymno qui vocatur Orphico LXXXII

[1]) cf. Nonn. dionys. XXXI 57 67; XXXV 308.

(LXXXI) 4 sq *γέρας* hanc habet significationem facultatis vel potestatis

τοῦτο γὰρ ἐκ Διός ἐστι σέθεν γέρας ἠερόφοιτον,
ὀμβροτόκους νεφέλας ἐξ ἠέρος ἐς χθόνα πέμπειν.

Ad deorum provinciam haec pertinent exempla: Thebaïs cycl. frg. 2[1]), ubi Polynices ante Oedipum patrem caecum mensam argenteam et calicem aureum Cadmi ponit, ut patrem parricidii commonefaciat[2]); quae mensa et calix *τιμήεντα γέρα* appellantur, cum Cadmus Harmoniam uxorem ducens a deis haec munera nuptialia acceperit[3]) (v. 5 sq)

αὐτὰρ ὅ γ᾽ ὡς φράσθη παρακείμενα πατρὸς ἑοῖο
τιμήεντα γέρα κτλ.

Nec non in Aethiopidis cyclicae frg. 3[4]), si Duebneri emendationem probandam esse putamus, Neptunum duobus filiis Machaoni et Podalirio munera (*γέρα*) praebuisse legimus, quae in facultatibus vel artibus constant

αὐτὸς γάρ σφιν ἔδωκε πατὴρ γέρα Ἐννοσίγαιος[5])
ἀμφοτέροις, ἕτερον δ᾽ ἑτέρου κυδίον᾽ ἔθηκεν·
τῷ μὲν κουφοτέρας χεῖρας πόρεν, ἔκ τε βέλεμνα
σαρκὸς ἑλεῖν τμῆξαί τε καὶ ἕλκεα πάντ᾽ ἀκέσασθαι,

[1]) Kinkel I p. 11.

[2]) cf. O. Wolff in Roscheri lexico III 2663 sub voce »Polynices«.

[3]) [Apollod.] Bibl. III 25 Wagner; cf. etiam O. Crusius in Roscheri lexico II 832 sub voce »Kadmos«.

[4]) Kinkel I 35; quod ad Aethiopidem referendum esse vidit Welcker, cum quae narrantur ex Arctini Troiae excidio deprompta esse affirment scholia (T et Eust. ad Il. XI 515).

[5]) Traduntur v. 1: *πατὴρ Ἐννοσίγαιος πεσεῖν ἀμφοτέροις*, ubi Heyne recte pro *πεσεῖν* scripsit *παισίν*, quae vox glossae loco verbo *ἀμφοτέροις* vel *σφίν* adiecta videtur fuisse; *γέρα* Duebner inseruit, satis apte ad sententiam, *ἦρ᾽* (i. e. *χάριν*) Ludwich, Krit. Misc., Ind. lect. Regim. 1901, p. 19.

τῷ δ᾽ ἄρ᾽ ἀκριβέα πάντ᾽ ἐνὶ στήθεσσιν ἔθηκεν
ἄσκοπά τε γνῶναι καὶ ἀναλθέα ἰήσασθαι.

id quod schol. T et Eustathius ad Il. XI 515 (cf. schol. B ad loc.) confirmant.

Similiter nonnullis locis Nonnianis voce *γέρας* significantur ea dona, quae dei Harmoniae et Cadmo nuptiis factis obtulerunt: velut dionys. V 155 sqq

μακάρων δέ τις ἄλλος ἐπ᾽ ἄλλῳ
εἰς θαλάμους σπεύδοντι γέρας δωρήσατο Κάδμῳ·
Ζεὺς μὲν πάντα τέλεια· κασιγνήτην δὲ γεραίρων
Ἥρην πασιμέλουσαν, ἐπεὶ πέλεν Ἄρεϊ μήτηρ,
ἵππιος ὤπασε δῶρα θαλάσσια κυανοχαίτης.
Ἑρμῆς σκῆπτρον ἔδωκε, Ἄρης δόρυ, τόξον Ἀπόλλων,
καὶ στέφανον κομόωντα λίθων ἑτερόχροϊ κόσμῳ
Ἁρμονίης Ἥφαιστος ἐπῃώρησε καρήνῳ
χρυσείην κροτάφοισιν ἐπικρεμάσας ἀναδέσμην,

ib. V 188 sq

ὅρμον ἐπεὶ Κυθέρεια γέρας δωρήσατο κούρῃ
χρύσεον, εὐλάϊγγα, πανήορον αὐχένι νύμφης.

Aliis locis similiter (ib. IV 45 sqq; V 223 sq; VIII 239 293 sqq; XI 22 sqq; XII 23 sqq; XIII 357 sq[1]).

Aliis quoque vocis *γέρας* significationibus posteriores poetae Homerum sequuntur: sic in titulo[2]), qui saec. a. Ch. n. V. conscriptus videtur esse, *σῆμα* ipsum mortuo exstructum *γέρας* appellatur

τὸ γὰρ γέρας ἐστὶ θανόντω[ν] (vel *θανόντο[ς]*?).

Haec verba ab Homero petita aliis quoque locis

[1]) ib. V 129; XIII 358 *δῶρον* eadem fere notione ac *γέρας* nec nisi vocum variandarum causa adhiberi apparet.

[2]) IG I 470 = Kaibel, Epigr. Gr. 7.

nobis occurrunt, et apud Nonnum et in nonnullis epigrammatibus aetatis Romanae exeuntis. Velut Nonn. dionys. V 523 sq Autonoe sic precatur

δῶρον ἐμοὶ καὶ τοῦτο χαρίζεο, τόξα καὶ ἰοὺς
πῆξον ἐμὸν παρὰ τύμβον, ὅ περ γέρας ἐστὶ θανόντων,

quo loco quamquam *δῶρον* et *γέρας* simili notione leguntur, tamen *δῶρον* latius patere quam *γέρας* apparet ex verbis *καὶ τοῦτο.* cf. Zosim. epigr., A(nth). P(al). app. II 497

κεῖται σῶμα λέοντος ἀ[ρηϊφίλῳ ἐπὶ φωτί].
Ζώσιμος υἱὸς ἔγραψε, τὸ γὰρ γέ[ρας ἐστὶ θανοῦσι],

i. e. monumentum ipsum cum inscriptione Nedymo dedicatum *γέρας* vocatur. Sed in alio Zosimi epigr. (A. P. app. II 489β) *γέρας* honor est mortuo tributus

σκῆνος μὲν γενετῆρες, ἐπεὶ γέρας ἐστὶ θανοῦσι,
τιμῶντες κλαίεσκον ἀναίσθητον περὶ τύμβον.

Itaque non est mirum, si in Argonauticis quae dicuntur Orphicis 546 sqq Abel (= 548 sqq Hermann) haec inveniuntur

τῷ οἱ (scil. *Ἀγνιάδῃ*) *κτέρεα κτερεΐξαι*
παμμήτειρα Ῥέη κέλεται γέρα, ἠδ' ἐπιλοιβὰς
δοῦναι ὑποχθονίοις, καὶ δάκρυα λειβέμεν ὄσσων
αἰδομένους Θέμιν ἁγνοτελῆ ξενίην τε τράπεζαν.

γέρα et in inferiis et in aliis constant honoribus; sic enim intellegimus haec verba: illud *κτέρεα κτερεΐξαι* quasi *γέρα* tribui Rhea iubet, ac quidem *ἐπιλοιβάς κτλ.*

Praeterea ut apud Homerum *γέρα* appellantur ea dona et privilegia quae inter homines sunt, ita paulo post etiam ea quae hominibus a deis praebentur. Quod ex nonnullis cycli epici et hymnorum Homericorum locis cognoscimus: hymn. Hom. III (in Mercurium)

126 sqq *γέρας* de donis adhibetur, quae Mercurius hominibus largitur

αὐτὰρ ἔπειτα
Ἑρμῆς χαρμόφρων εἰρύσατο πίονα ἔργα
λειῷ ἐπὶ πλαταμῶνι καὶ ἔσχισε δώδεκα μοίρας
κληροπαλεῖς· τέλεον δὲ γέρας προσέθηκεν ἑκάστῃ,

ubi voces *γέρας* et *μοῖρα* usum sequuntur Homericum[1]).

Quod autem ib. 567 sqq haec legimus

ταῦτ' ἔχε, Μαιάδος υἱέ, καὶ ἀγραύλους ἕλικας βοῦς,
ἵππους τ' ἀμφιπόλευε καὶ ἡμιόνους ταλαεργούς·
571 *πᾶσι δ' ἐπὶ προβάτοισιν ἀνάσσειν κύδιμον Ἑρμῆν*[2]),
569 *καὶ χαροποῖσι λέουσι καὶ ἀργιόδουσι σύεσσι*
570 *καὶ κυσὶ καὶ μήλοισιν, ὅσα τρέφει εὐρεῖα χθών·*
οἶον δ' εἰς Ἀΐδην τετελεσμένον ἄγγελον εἶναι,
ὅστ' ἄδοτός περ ἐὼν δώσει γέρας οὐκ ἐλάχιστον.

non modo *ἄγγελον εἶναι* appellatur *γέρας οὐκ ἐλάχιστον* ab Orco Mercurio tributum[3]), sed *γέρας* praeterea etiam ad ea iura vel imperia, de quibus prioribus versibus sermo est, i. e. ad curam equorum mulorum pecorum aliorum spectare videtur[4]).

---

[1]) cf. supra p. 2.

[2]) In codd. versus alio leguntur ordine. Sed cum a sententia abhorreant, Baumeister v. 569 sq delere vult, alii (Gemoll, Allen, Sikes) post v. 568 indicant lacunam, alii (Bothe, Abel) v. 571 post v. 568 transponunt. Hos equidem sequor; nam etsi *πρόβατα* (v. 571) et *μῆλα* (v. 570) idem apparet significare, tamen iam verba satis apte cohaerent.

[3]) cf. Baumeister et Allen-Sikes ad loc.

[4]) cf. Oppian. hal. II 19 sq

Δηὼ μὲν ζεύγλης τε βοῶν ἀρότοιό τε γαίης,
πυρῶν τ' εὐκάρποιο φέρει γέρας ἀμήτοιο,

nec non oraculum Pythicum Arcadibus editum, quod Pausanias VIII 42,6 nobis tradit

Δηὼ μέν σε ἔπαυσε νομῆς, Δηὼ δὲ νομῆας
ἐκ δησισταχύων καὶ ἀναστοφάγων πάλι θῆκε,
νοσφισθεῖσα γέρα προτέρων τιμάς τε παλαιάς. κτλ.,

ubi *ἀναστοφάγων* Spiro, *ἀναστροφάγων, ἀναστροφείγων, ναστοφάγων* (hoc Hitzig-Blümner, v. vol. III 1, p. 90 adn.), *ναστοφάγον(α)* libri.

Alio ex loco plane cognoscitur eiusmodi facultates vel artes, quas homines a deis acceperint tamquam privilegia, interdum *γέρα* appellari; nam legimus apud Nicandrum theriac. 345 sq[1])

νειμάμενος κασίεσσιν ἑκὰς περικυδέας ἀρχὰς
ἰδμοσύνῃ νεότητα γέρας πόρεν (scil. *Κρόνος*) *ἡμερίοισι*
κυδαίνων.

In Manethonis apotelesmat. I 232 sqq inter dona Veneris et res et facultates vel potius gratiae enumerantur; nam ibidem haec legimus

καὶ Κυθέρη Διὸς οἴκῳ ἢ εἰν ὁρίοισι φανεῖσα
εὐκλέας ἐν πολίεσσι καὶ ἐν δήμοισι τίθησιν.
κοσμεῖ καὶ μίτρῃσι πέπλοισί τε πορφυρέοισιν,
στέμμασί τε χρυσοῦ, τοὺς δ' αὖ γεράεσσ' ἐρατοῖσιν·
ἠδὲ γάμους δῶκεν φιλίους, καὶ λέκτρα γυναικῶν
εὐόλβων ἐν ἑῇσιν ἔμεν πολίεσσιν ἀρίστοις,
κτήματα θ' ἕξουσιν κλεινὸν βίοτόν τε καὶ οἴκους[2]).

Similiter *γέρας* apud Quint. Smyrn. posthom. V 618 sqq adhibetur, ubi Sol hominibus sucinum quasi *γέρας ἄφθιτον* donavisse dicitur.

Interdum eiusmodi *γέρας* cum certo officio coniunctum est, velut Apollon. Rhod. Argon. II 248 sqq daemon quidam Boreae filiis quasi *γέρας* mandat, ut miserum Phineum consanguineum ab Harpyiis liberent.

Universam autem notionem privilegii vel honoris intellegimus in hymno qui vocatur Orphico LXXXVII 12, ubi senectus appellatur *γέρας ἐσθλὸν ἐν ἀνθρώποισι*[3]).

---

1) Schneider, Nicandrea, Lips. 1856, p. 240.
2) cf. Oppian. hal. II 68; Babr. 183 (p. 166 Crusius).
3) cf. Plat. resp. III p. 406b (infra p. 42).

Similiter atque in carminibus epicis etiam in epigrammatibus[1]) componendis Homeri usus verborum respicitur. Quod docet iam Simonidis epigr. (frg. 107 Bergk), ubi poeta milites laudans in pugna Marathonia mortuos dicit eis pro virtutibus a civibus qui Nisaeis interessent comitiis monumentum exstructum esse quasi *γέρας* (v. 9 sq)

ἀστοὶ δ' ἄμμι τόδ' ἀνδρείας γέρας[2]) *ὀμφαλῷ ἄμφι*
Νισαίων ἔπορον δαμοδόκων ἀγορῶν,

maxime autem posteriorum temporum epigrammata Homeri usum sequuntur: Velut in Archiae epigr. sepulcr. A. P. VII 147, 7 sqq

εἰ δέ σε μὴ τεύχεσσιν Ἀχιλλέος ὥπλισεν Ἑλλάς,
ἄξιον ἀντ' ἀρετᾶς ὅπλα πορούσα γέρας,
Μοιράων βουλῇσι τάδ' ἄμπλακεν, κτλ.

vocis *γέρας* notio arte cohaeret cum illa notione imprimis apud Homerum inventa, quae valet praemium honoris causa vel victoria parta vel certamine confecto tributum; cf. Palladae (ca. a. 400 p. Ch. n.) epigr., A. P. XVI 391,1

εἰκόνες ἀνθρώποισι φίλον γέρας· κτλ.

Sed magis in universum *γέρας* adhibetur in epigrammate Stephani Grammatici, quod inscribitur *Ἀκρόστιχα εἰς τὴν Ἰλιάδα κατὰ ῥαψῳδίαν*, A. P. IX 385,24

Ὦ, Πριάμῳ νέκυν υἷα λαβὼν γέρα δῶκεν Ἀχιλλεύς,

i. e. Priamo mortuum filium acceptis donis dedit Achilles.

---

1) Unum elegiarum exemplum quod inveni apud poetas lyricos (infra p. 25) tractabo, cum vocis *γέρας* usus in illos optime quadret.
2) Sic Sitzler; *ἀστοὶ δὲ ἄμμι τόδε γέρας ὀμφαλῷ ἄμφι* cod.

Deinde honores quoque vel privilegia voce *γέρας* significantur similiter atque apud Homerum velut in tabula marmorea saec. fere a. Ch. n. II (IG XII 1,33), cuius verba haec sunt

Αἰγύπτου μεδέουσι βαθυκλήροιο Σαΐστης,
ξεῖνε, παρὰ προπύλωι τούσδ' ἔθετο ζάκορος
βωμοὺς ἀθανάτοισιν, ἐπεὶ γέρας αὐτοὶ ἄνακτες
κεδνοῖς Εὐρώπας παισὶν ἔνειμαν ἶσον
μούνωι ἐν αἰζειοῖσι.

γέρας igitur significat privilegium, qua de re Wilamowitzius ad loc. haec dicit: »Ptolemaeo regi nescio cui eiusque uxori aram dedicat Saïstes Aegyptius sacerdos, quia unus honorem (rectius mea quidem opinione »privilegium«) ab illis acceperat Graecis et Macedonis alias reservatum, civitatem scilicet Alexandrinam.«

Sacerdotium, i. e. munus honorificum, *γέρας* appellatur in titulo poetico saec. fere II. aut III. p. Ch. n. (Kaibel, Epigr. Gr. 866)

Δηοῦς καὶ Κούρης θεοείκελον ἱεροφάντην
κυδαίνων πατέρα στῆσε δόμοις Κλεάδας,
Κεκροπίης σοφὸν ἔρνος Ἐρώτιον, ὧι ῥα καὶ αὐτὸς
Λερναίων ἀδύτων ἶσον ἔδεκτο γέρας.

ἶσον γέρας, quod iam in exemplo antecedenti legimus, respicere videtur Hom. Il. I 163 (v. supra p. 2). Quocum cf. epigramma Iuliani in praeclaram Myronis bovem conscriptum, A. P. IX 738

ἐν βοῒ τᾶδ' ἐμάχοντο Φύσις καὶ πότνια Τέχνα·
ἀμφοτέραις δὲ Μύρων ἶσον ὄπασσε γέρας·
δερκομένοις μὲν γὰρ Φύσιος κράτος ἥρπασε Τέχνα·
αὐτὰρ ἐφαπτομένοις ἡ Φύσις ἐστὶ Φύσις.

Quo loco *γέρας* honoris vim habet.

Sellae curulis honorem *γέρας* significat in Leontii Scholastici epigr. *εἰς Οὐράνιον*, A. P. XVI 376

Ἀμφοτέροις εἷς μοῦνος ἀριστεύσας παρὰ δήμοις
κῦδος ἀπ' ἀμφοτέρων ἔλλαχεν Οὐράνιος,
εἰσέτι διφρεύων. Τὸ δέ οἱ γέρας ἤλυθε πρῶτον
ἐκ Πρασίνων, κτλ.

Nec non sacrificia et inferiae in epigrammatibus voce *γέρας* significantur, velut in titulo alterius saec II. p. Ch. n. partis (Kaibel, Epigr. Gr. 1046): cf. ib. 44 sq

τοὔνεκεν οὔτε νεὼν ἱερὸν λάχεν, οὔτε τι τύμβον,
οὐδὲ γέρα θνητοῖς, ἀτὰρ οὐδὲ θεοῖσιν ὅμοια,

51 sq

οὔ μιν ἀτιμήσειε θεή, βασίλεια γυναικῶν,
ἀμφίπολον γεράων ἔμεναι καὶ ὀπάονα νύμφην.

Similia aliis locis: in Rhiani epigr. dedicatorio A. P. VI 278 Gorgus quidam, cum Phoebo crines dedicet, eos appellat *καλὸν ἀφ' ἱμερτᾶς γέρας κεφαλᾶς*, in Agathiae epigr. 32 (= A. P. VI 72)[1]) Baccho *λοιβῆς καὶ θυέων μικτὸν γέρας* offertur. Sed aliis duobus quos inveni epigrammatum locis *γέρας* alium ducit colorem; significat enim rem consecratam: sic in Pauli Silentiarii epigr. dedic. 81, A. P. VI 81 Lysimachus Marti *ἀσπίδα ταυρείην, ἔρυμα χροός* similiaque, in eiusdem epigr. dedic. 82, A. P. VI 82 Meliscus Pani *αὐλούς* quasi *γέρας* dedicat.

Denique vocem *γέρας* adhibitam invenimus etiam ad ea significanda dona, quae dei hominibus praebent, velut in epigr. Macedonii Consulis, qui Iustiniani vixit temporibus[2]), A. P. XI 59

[1]) Dindorf, Hist. Graec. Min. II 408.
[2]) v. Christ-Schmid, Griech. Lit. II⁵. 793.

Χανδοπόται, βασιλῆος ἀεθλητῆρες Ἰάκχου
ἔργα κυπελλομάχου στήσομεν εἰλαπίνης,
Ἰκαρίου σπένδοντες ἀφειδέα δῶρα Λυαίου.
ἄλλοισιν μελέτω Τριπτολέμοιο γέρα,
ἧχι βόες, καὶ ἄροτρα, καὶ ἱστοβοεύς, καὶ ἐχέτλη,
καὶ στάχυς, ἁρπαμένης ἴχνια Φερσεφόνης. κτλ;

quo loco *δῶρον* et *γέρας* eadem fere notione exstant, doni dico a deis tributi. cf. etiam Meleagri epigr., A. P. VII 421.

Iam quaeramus de vocis *γέρας* usu apud poetas lyricos obvio, qui ante annum fere CCC. a. Ch. n. vixerunt. Apud quos intellegimus hanc vocem adhiberi primum iis notionibus, quae iam apud Homerum inveniuntur, deinde ex his novas ac proprias notiones interdum ortas esse. Itaque si apud Pindarum Ol. II 48 sqq de Polynicis victoria haec legimus

Ὀλυμπίᾳ μὲν γὰρ αὐτὸς
γέρας ἔδεκτο, Πυθῶνι δ' ὁμόκλαρον ἐς ἀδελφεὸν
Ἰσθμοῖ τε κοιναὶ Χάριτες ἄνθεα τεθρίππων δυώδεκα
ἄγαγον· κτλ, [*δρόμων*

haec vocis *γέρας* notio ex illa et apud Homerum et apud alios inventa notione a Pindaro mihi videtur esse petita ac magis exculta. Nam ut illud *γέρας* pro munere vel beneficio, quod quis antea praestiterat, postulari poterat, ita hoc *γέρας* pro praeclara virtute certamine demonstrata ac comprobata accipiebatur ab eis, qui certaminibus et Olympicis et ceteris vicerant.

Eiusmodi praemium certaminis vel victoriae antea constitutum aliis quoque locis *γέρας* appellatur, velut Ol. VIII 13 sq

μέγα τοι κλέος αἰεί,
ᾧτινι σὸν γέρας ἕσπετο ἀγλαόν,

Pyth. V 17 sqq

ἔχει συγγενὴς
ὀφθαλμὸς αἰδοιότατον γέρας
τεᾷ τοῦτο μιγνύμενον φρενί,

ib. 31 sqq

ἀλλ' ἀρισθάρματον
ὕδατι Κασταλίας ξενωθεὶς γέρας ἀμφέβαλε τεαῖσιν
[*κόμαις*[1]).

cf. etiam Pind. Pyth. V 124; VIII 78[2]); Nem. VIII 25 Isthm. IV 36.

Hunc vocis *γέρας* usum Bacchylides a Pindaro videtur recepisse, cum VII 8 sqq Lachontem Aristomenis filium celebrat, quod ei Olympiae splendidum *γέρας* attributum sit

ᾧι δὲ σὺ πρεσβύτατον νείμῃς γέρας
νίκας ἔπ', ἀνθρώποισιν εὔδοξος κέκλη-
ται καὶ πολυζήλωτος[3]).

X 33 sqq praemium victoriae, quod Delphis tribuitur pueris, *γέρας* appellatur

ἀλλ' ἢ θεὸς αἴτιος, ἢ
γνῶμαι πολύπλαγκτοι βροτῶν
ἄμερσαν ὑπέρτατον ἐκ χειρῶν γέρας.

Nonnunquam *γέρας* est carmen, velut in Pindari frg. 2 Bergk

---

[1]) cf. Pindars Siegeslieder erklärt von F. Mezger, Leipz. 1880, p. 227, ad v. 31.

[2]) cf. Dissen, comment. ad loc., Gothae et Erfordiae 1830, p. 285, et Mezger l. l. p. 398.

[3]) v. Pind. Ol. VIII 13 sq, quem locum supra exscripsimus; cf. Prentice, de Bacchylide Pindari artis socio et imitatore, diss. Hal. 1900, p. 18 et ib. pp. 33 52.

Αἰολίδαν δὲ Σίσυφον κέλοντο
ᾧ παιδὶ τηλέφαντον ὄρσαι
γέρας φθιμένῳ Μελικέρτᾳ.

Ac quoniam virtutis praemia etiam in honoribus vel dignitatibus constabant, factum est, ut *γέρας* perveniat ad notionem et honoris vel privilegii et dignitatis vel magistratus. Nam in his Pindari (Nem. VII 38 sqq) verbis

Μολοσσίᾳ δ' ἐμβασίλευεν ὀλίγον
χρόνον· ἀτὰρ γένος αἰεὶ φέρεν
τοῦτό οἱ γέρας

dignitas Neoptolemi, qui regnabat in Molossia Epirotica[1]), celebratur ac voce *γέρας* significatur. Magis in universum de privilegiis vox *γέρας* apud Solonem adhibita invenitur, qui paulo post quam leges tulerat (ca. a. 590 a. Ch.) se et plebi et optimatibus tantam dignitatem atque auctoritatem tribuisse profitetur, quanta fuerit tribuenda: optimatibus se plurimos et summos rei publicae magistratus dedisse, sed plebem quoque nonnullorum magistratuum et iurisdictionum aliorumque iurum participem fecisse (frg. 5 Bergk)

δήμῳ μὲν γὰρ ἔδωκα τόσον γέρας[2]) *ὅσσον ἀπαρ[κεῖ],*
τιμῆς οὔτ' ἀφελὼν οὔτ' ἐπορεξάμενος·
οἱ δ' εἶχον δύναμιν καὶ χρήμασιν ἦσαν ἀγητοί,
καὶ τοῖς ἐφρασάμην μηδὲν ἀεικὲς ἔχειν.

γέρας igitur hoc loco non solum honorem, sed etiam potestatem quandam significat, vernacula lingua fere »Machtbereich«. Similem usum praebent

---

1) Weizsaecker in Roscheri lexico III 1 p. 169 s. v. »Neoptolemos« et Tümpel ib. II 2 p. 3114 s. v. »Molottos«.

2) *γέρας* pap., *κράτος* Plut. (Sol. 18).

etiam Pseudophocylidea quae dicuntur[1]): cf. vv. 218 sqq Bergk

στέργε φίλους ἄχρις θανάτου, πίστις γὰρ ἀμείνων.
συγγενέσιν φιλότητα νέμοις ὁσίην τ' ὁμόνοιαν.
αἰδεῖσθαι πολιοκροτάφους, εἴκειν δὲ γέρουσιν
ἕδρης καὶ γεράων πάντων· γενεῇ δ' ἀτάλαντον
πρέσβυν ὁμήλικα πατρὸς ἴσαις τιμαῖσι γέραιρε,

ubi et *γέρας* et *τιμή* de isdem fere rebus privatis, scilicet de honoribus vel privilegiis, adhibentur.

Deinde in Pindari paean. IV 30 Melampodis ars augurandi, quae pro munere vel sacerdotio habetur, *οἰωνοπόλον γέρας* nuncupatur.

Aliis locis magis in universum ornamenta vel privilegia *γέρα* appellantur; qua notione *γέρας* exstat in duobus Simonidis Cei fragmentis, quorum in altero (frg. 66 Bergk) ars tacendi *ἀκίνδυνον γέρας* appellatur

ἔστι καὶ σιγᾶς ἀκίνδυνον γέρας[2]),

in altero (frg. 5 β Bergk) Simonides illud sapientis Pittaci »bonum virum esse difficile« sibi placere negat, sed se credere profitetur illam facultatem (*γέρας*) nullius nisi dei proprium esse, homines autem fortunae et valetudini servire

---

1) v. Christ-Schmid, Griech. Lit. II 1^5 p. 475 sq.

2) Hoc dictum in aliis quoque litteris Graecis nobis occurrit: cf. Liban. decl. XXIII 24 (vol. VI p. 388 Förster) *ἔστι δὲ καὶ τῶν ποιητῶν ἀκούειν ποτὲ λεγόντων ὡς ἀκίνδυνον γέρας εἴη τὸ τῆς σιωπῆς*, Clement. Alex. paed. II 58,1 (vol. I p. 192 Staehlin) *σιγὴ μὲν γὰρ ἀρετὴ γυναικῶν ἐστιν, ἀκίνδυνον δὲ τῶν νέων γέρας, λόγος δὲ ἀγαθὸς ἡλικίας δεδοκιμασμένης.*

χαλεπὸν φάτ' ἐσθλὸν ἔμμεναι·
θεὸς ἂν μόνος τοῦτ' ἔχοι γέρας· κτλ[1]).

Nec non in carminibus lyricis ea quoque dona et privilegia, quae dei hominibus praebent, (cf. supra p. 18) interdum *γέρα* appellantur: cf. Alcaei frg. 83 Bergk

τὸ γὰρ θεῶν ἰότητ' ὔμμε λαχόντων γέρας ἄφθιτον
ἀνθήσει[2]),

quod sic interpretamur: »Donum aeternum florebit, cum dei vos consilio elegerint.« Apparet sermonem esse in universum de *γέρᾳ* a deis tributo.

Similiter apud Bacchylidem XVIII 1 sqq poeta ipsius Musam implorat, ut eximii aliquid canat, quoniam a Calliopa id *ἔξοχον γέρας* nanctus sit

πρέπει σε φερτάταν ἴμεν
ὁδὸν παρὰ Καλλιόπας λα-
χοῖσαν ἔξοχον γέρας.

Sed iam consideremus qui fuerit vocis *γέρας* apud poetas scaenicos usus. Invenimus hic nonnullas significationes et apud Homerum et apud alios poetas epicos ac lyricos obvias, velut universam notionem doni quod honorandi causa datur: cf. Soph. Phil. 1061 sq

---

1) cf. Aristot. frg. 7 Bergk, hymn. in Mercurium, 14 sq
ἀθάνατον τέ μιν αὐξήσουσι Μοῦσαι
Μναμοσύνης θύγατρες, Διὸς ξενίου σέβας αὔξουσαι φιλίας τε
[γέρας βεβαίου.

2) *τὸ γὰρ θεῶν ἰότητι ὔμμε λαχόντων ἄφυτον θήσει γέρας* cod. A Apollonii de pron. 387 (v. Schneider-Uhlig, Gramm. Gr. I 1 p. 100, 13 sq): corr. Bekker et Bergk. cf. etiam frg. adesp. 84,1 Bergk Pindaro attributum, ubi a terra primos homines legimus quasi *καλὸν γέρας* editos fuisse.

καὶ τάχ' ἂν τὸ σὸν γέρας
τιμὴν[1]) *ἐμοὶ νείμειεν, ἣν σὲ χρῆν*[2]) *ἔχειν,*

ubi *γέρας* appellatur ille clarus arcus quem dederat Heracles Philoctetae pro gratia quam antea ille praebuerat; ib. 1363 sqq Philoctetes Neoptolemo suadens, ne Troiam proficiscatur, postulat, ut suscenseat eis qui rapuerint *πατρὸς γέρας*, videlicet Briseïda. Aliis locis similiter *γέρας* est peculiare praemium ex praeda sumptum: cf. Eur. Ion 297 sq

Ἴων: ἐπίκουρος ἐλθών; κᾆτα σὸν γαμεῖ λέχος;
Κρέουσα: φερνάς γε πολέμου καὶ δορὸς λαβὼν γέρας,

ubi haec notio planior redditur eo, quod voces *φερνὰς πολέμου* iuxta positae sunt; Eur. Troad. 1284 sqq Hecuba est *γέρας* Ulixis, Eur. Andromach. 14 Andromacha ipsa se *γέρας* Neoptolemi et ib. 584 Peleus Andromacham *γέρας* nepotis sui appellat. Qua notione *γέρας* etiam Eur. Electr. 1003 et ⟨Eur.⟩ Rhes. 169 181 adhibetur; quod optime quadrat in usum Homericum. Eam autem notionem propriam, quam Pindarus ex illa Homerica videtur deduxisse (cf. supra p. 22 sq), respici puto Soph. Electr. 687, ubi paedagogus Clytaemestrae nuntiat Orestem Delphis cursu certasse eique victoriam et victoriae praemium adiudicatum esse

νίκης ἔχων ἐξῆλθε πάντιμον γέρας.

Timocles frg 8, 14 sqq Kock CAF II 1 p. 454 sq ironice de donis quae parasiti accipiunt, velut de mensae deliciis, haec facit verba

τεκμήριόν τι παμμέγεθες οἶμαί γ' ἐρεῖν,
ὁ τῶν παρασίτων ὡς τετίμηται βίος·

---

1) *τιμή* honorem significat cum dono coniunctum.
2) *σ' ἐχρῆν* Laurentianus: corr. Dindorf-Mekler.

γέρα γὰρ αὐτοῖς ταὐτὰ τοῖς τὠλύμπια
νικῶσι δίδοται χρηστότητος εἵνεκα,
σίτησις, κτλ.

Quocum loco compares Soph. Oed. Col. 1396, ubi *γέρα* sunt eae devotiones quas Oedipus in filios profert.

Aliis vero locis *γέρα* non tam in donis constant quam in privilegiis: velut Eur. Cycl. 549 sqq, ubi Cyclops Ulixi pollicetur se eum ultimum, post omnes socios, devoraturum esse, Silenus id appellat *καλὸν γέρας*

καλόν γε τὸ γέρας τῷ ξένῳ δίδως, Κύκλωψ.

Per ironiam igitur *γέρας* hoc loco privilegium significat gratiae referendae causa[1]) tributum. Nec non propria privilegia, velut honores, voce *γέρας* significantur, cf. Eur. Bacch. 43 sq

Κάδμος μὲν οὖν γέρας τε καὶ τυραννίδα
Πενθεῖ δίδωσι θυγατρὸς ἐκπεφυκότι, κτλ,

ubi mea quidem opinione *γέρας* adhibetur de dignitate Cadmi regis, quam Pentheus accepit, nam *γέρας* et *τυραννίς* ita iuxta posita videntur esse, ut *τυραννίς* dignitatem (*γέρας*) accuratius explicet.

Aliis quoque locis *γέρας* notione privilegii adhibetur, velut Hippol. 84 sqq, ubi Hippolytus Dianam his adloquitur verbis

μόνῳ γάρ ἐστι τοῦτ᾽ ἐμοὶ γέρας βροτῶν
σοὶ καὶ ξύνειμι καὶ λόγοις σ᾽ ἀμείβομαι,
κλύων μὲν αὐδήν, ὄμμα δ᾽ οὐχ ὁρῶν τὸ σόν.

cf. Bacch. 1178 sq, ubi Agaue dicit caedem Penthei filii quasi munus atque officium vel privilegium (*γέρας*) sibi tributam esse.

[1]) cf. ib. 549 *χάρις*.

Prorsus universa notione *γέρας* velut in Sophoclis Acris. frg. 64 Nauck legitur

τὸ ζῆν γάρ, ὦ παῖ, παντὸς ἥδιστον γέρας.
θανεῖν γὰρ οὐκ ἔξεστι τοῖς αὐτοῖσι δίς.

cf. ⟨Eur.⟩ Rhes. 107

ἄλλῳ δ᾽ ἄλλο πρόσκειται γέρας
σὲ μὲν μάχεσθαι, τοὺς δὲ βουλεύειν καλῶς,

Alexis frg. 263,1 sqq Kock CAF II 1 p. 393

ἓν γὰρ νομίζω τοῦτο τῶν ἀνελευθέρων
εἶναι, τὸ βαδίζειν ἀρρύθμως ἐν ταῖς ὁδοῖς
ἐξὸν καλῶς· οὗ μήτε πράττεται τέλος
μηδεὶς γὰρ ἡμᾶς, μήτε τιμὴν δόντα δεῖ
ἑτέρων λαβεῖν, φέρει δὲ τοῖς μὲν χρωμένοις
δόξης τιν᾽ ὄγκον, τοῖς δ᾽ ὁρῶσιν ἡδονήν,
κόσμον δὲ τῷ βίῳ, τὸ τοιοῦτον γέρας
τίς οὐκ ἂν αὑτῷ κτῷτο φάσκων νοῦν ἔχειν;

Alii quoque honores *γέρα* appellantur, velut ipsa laus Aesch. Agam. 916 sq

ἀλλ᾽ ἐναισίμως
αἰνεῖν, παρ᾽ ἄλλων χρὴ τόδ᾽ ἔρχεσθαι γέρας,

cf. Eur. Heraclid. 297 sqq

οὐκ ἔστι τοῦδε παισὶ κάλλιον γέρας
ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι
γαμεῖν τ᾽ ἀπ᾽ ἐσθλῶν,

nec non Soph. Phil. 478, ubi Philocteta Neoptolemo, Achillis filio, haec dicit

δράσαντι δ᾽, ὦ παῖ, πλεῖστον εὐκλείας γέρας.

Similis vocis *γέρας* usus invenitur, ubi condiciones humanae ad deos translatae sunt; velut Iovem

singulis deis munera (*γέρα*) tribuisse legimus. Quae quidem cum vel in privilegiis vel in artibus constent, tamquam potestates vel imperia accipiuntur: cf. Aesch. Prom. 228 sqq (Promethei verba)

ὅπως τάχιστα τὸν πατρῷον ἐς θρόνον
καθέζετ᾽ (scil. *Ζεύς*), *εὐθὺς δαίμοσιν νέμει γέρα*
ἄλλοισιν ἄλλα, καὶ διεστοιχίζετο
ἀρχήν, κτλ.

ib. 436 sqq

μή τοι χλιδῇ δοκεῖτε μηδ᾽ αὐθαδίᾳ
σιγᾶν με· συννοίᾳ δὲ δάπτομαι κέαρ,
ὁρῶν ἐμαυτὸν ὧδε προυσελούμενον.
καίτοι θεοῖσι τοῖς νέοις τούτοις γέρα
τίς ἄλλος ἢ ᾽γὼ παντελῶς διώρισεν.

Eadem ratione singulare privilegium Hephaesti[1]) significatur velut tribus aliis Aeschyli locis (Prom. 38 82 107) ignis, quem Prometheus tulit hominibus: cf. 37 sq

τί τὸν θεοῖς ἔχθιστον οὐ στυγεῖς θεόν,
ὅστις τὸ σὸν θνητοῖσι προὔδωκεν γέρας;

Similiter Aesch. Eum. 209, ubi Apollini sic interroganti

τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν

Eumenidum chorus haec respondet v. 210

τοὺς μητραλοίας ἐκ δόμων ἐλαύνομεν,

apparet *τιμή* et *γέρας* idem fere valere; ib. 392 sqq Weil idem Eumenidum chorus exposcit, ut munus vel potestas a Parcis ac deis tributum verecundia ac reverentia colatur

[1]) cf. Gruppe, Griech. Myth. p. 1062,2.

τίς οὖν τάδ᾽ οὐχ ἅζεταί τε καὶ δέδοικεν βροτῶν,
ἐμοῦ κλύων θεσμὸν
τὸν μοιρόκραντον, ἐκ θεῶν
δοθέντα τέλεον; ἔπι δέ μοι
⏑ — γέρας παλαιόν, οὐδ᾽ ἀτιμίας κύρω, κτλ.

Qua notione Aristophanes quoque voce *γέρας* utitur: Thesm. 113 Phoebi munus vaticinandi *γέρας ἱερόν*, Ran. 1144 sqq, in illa altercatione inter Aeschylum et Euripidem habita, subterraneum Mercurii *Ἐριουνίου* munus appellat *πατρῷον γέρας*, quod dictionem alludit tragicam, videlicet Aesch. Choeph. 1 sqq.

Deinde etiam ea quae deis aut defunctorum animis ab hominibus offeruntur nonnunquam apud scaenicos *γέρα* appellantur: cf. Aesch. Choeph. 252 sqq, ubi Orestes his verbis

καὶ τοῦ θυτῆρος καί σε τιμῶντος μέγα
πατρὸς νεοσσοὺς τούσδ᾽ ἀποφθείρας, πόθεν
ἕξεις ὁμοίας χειρὸς εὔθοινον γέρας, κτλ.

Iovem admonet, ne genus suum, imprimis se et Electram sororem, deleat neve exstinguat: semper illum *εὔθοινον γέρας* a se accepisse, occasionibus datis, maxime in dapibus comparandis copiosum illi se attribuisse sacrificium. Quam vocis *γέρας* significationem iam ante Aeschylum velut apud Homerum et Hesiodum invenimus.

Inferias *γέρας* significat Soph. Electr. 442 sq

σκέψαι γάρ, εἴ σοι προσφιλῶς αὐτῇ δοκεῖ
γέρα τάδ᾽ οὑν τάφοισι δέξεσθαι νέκυς,

eandem notionem *γέρας* habet in frg. satyrico adesp. 458 N., ubi Iovi patri primitiarum loco umerum

mirabilem quasi *ἔκκριτον γέρας* sacrificatum esse poeta narrat[1]). Similiter Euripides quoque *γέρας* adhibet: cf. Hec. 41 et 94, ubi umbra Achillis interfecti unam ex Troianorum filiabus, Polyxenam dico, quasi *γέρας* sibi elegisse dicitur[2]); cf. etiam Soph. Andromed. frg. 122 Nauck, si recipis Buttmanni lectionem. Poeta quidam comicus in frg. 1205 Kock CAF III 2 p. 606, quid dei percipiant sacrificiis, his deliberat verbis

τίς ὧδε μωρὸς καὶ λίαν ἀνειμένος
εὔπιστος ἀνδρῶν, ὅστις ἐλπίζει θεοὺς
ὀστῶν ἀσάρκων καὶ χολῆς πυρουμένης,
ἃ καὶ κυσὶν πεινῶσιν οὐχὶ βρώσιμα,
χαίρειν ἀπαρχαῖς καὶ γέρας λαχεῖν τόδε;

Denique ea quae dei hominibus praebent nonnunquam *γέρα* appellantur. Quod in Achaei Eretriensis frg. 1 Nauck verbenae supplicum vocibus *θεῶν γέρας* significantur, hoc *γέρας* res est. Sed *γέρας* non modo donum significat sed etiam beneficium vel gratiam, velut Soph. Ai. 825 Aiax Iovem orat, ut nuntium ad Teucrum mittat, quod *οὐ μακρὸν γέρας* nuncupatur. Hac notione beneficii vel gratiae Euripides quoque nonnullis *γέρας* adhibet locis, Hippol. 45 de illis *ἀραῖς*, quas Neptunus Theseo praebet, Troad. 253

---

[1]) Hoc fragmentum, saec. a. Ch. n. V. tribuendum, invenitur in scholio ad Soph. Oed. Col. 1375 sic tradito *ὡς παρά τινι αὐτὰ κεκτῆσθαι* (*ἐκτίθεσθαι* Bergk) *πρὸς τὸ γελοιότερον διὰ τούτων·*

»ἀεὶ δ' ὁρῶντι τ' ὀξὺ καὶ τυφλὸς ἦν·
θυσίας γὰρ ἀπαρχὰς κρέας ἐπέμπομεν πατρὶ
. . περισσὸν ὦμον ἔκκριτον γέρας.«

παρά τινι Bergkius in *Πρατίναν* mutat, quae coniectura violentior mihi videtur esse, quam quae probari possit.

[2]) Schol. Hec. 93 Schwartz I p. 21; cf. Schol. Hec. 306—312 Schwartz I p. 36.

de Cassandrae vita matrimonii experti, qua ab Apolline ornatur; Bacch. 877 sqq (= ib. 897 sqq) magis in universum facultas superandi infestos appellatur *παρὰ θεῶν γέρας ἐν βροτοῖς*.

Restat in poetarum usu tractando, ut quaeramus, quomodo aetate quam dicimus Alexandrina poetae vocem *γέρας* adhibuerint. Ubi quamquam respiciendum nobis est *γέρας* haud saepe inveniri, tamen ex eis qui exstant locis cognosci existimo easdem significationes atque antea huic voci subici. Notionem doni honorarii, quae est vetustissima, sive ab Homero sive a Pindaro aliisque petitam velut Theocr. I 1 sqq cognoscimus, ubi capellam vel simile donum quasi praemium bene canendi accipi poeta dicit

Θύρσις: *ἁδύ τι τὸ ψιθύρισμα καὶ ἁ πίτυς, αἰπόλε, τήνα,*
ἃ ποτὶ ταῖς παγαῖσι μελίσδεται, ἁδὺ δὲ καὶ τὺ
συρίσδες. μετὰ Πᾶνα τὸ δεύτερον ἆθλον ἀποισῇ.
αἴκα τῆνος ἕλῃ κεραὸν τράγον, αἶγα τὺ λαψῇ.
αἴκα δ' αἶγα λάβῃ τῆνος γέρας, ἐς τὲ καταρρεῖ
ἁ χίμαρος· χιμάρῳ δὲ καλὸν κρέας, ἔστε κ' ἀμέλξῃς.
Αἰπόλος: *ἅδιον, ὦ ποιμήν, τὸ τεὸν μέλος ἢ τὸ καταχὲς*
τῆν' ἀπὸ τᾶς πέτρας καταλείβεται ὑψόθεν ὕδωρ.
αἴκα ταὶ Μοῖσαι τὰν οἴιδα δῶρον ἄγωνται,
ἄρνα τὺ σακίταν λαψῇ γέρας· αἰ δέ κ' ἀρέσκῃ
τήναις ἄρνα λαβεῖν, τὺ δὲ τὰν ὄϊν ὕστερον ἀξῇ,

quo loco *δῶρον*, quod idem fere valet ac *γέρας*, variandi causa adhibetur.

Alio autem Theocriti loco (XVII 68 sqq) *γέρας* honor est. His enim Cos insula Ptolemaeum adloquitur verbis

ἐν δὲ μιᾷ τιμᾷ Τρίοπον καταθεῖο κολώναν,
ἶσον Δωριέεσσι νέμων γέρας ἐγγὺς ἐοῦσιν·
ἶσον καὶ Ῥήνειαν ἄναξ ἐφίλησεν Ἀπόλλων.

Ad res mythicas *γέρας* transfertur apud Mosch. II 14 sq, ubi donum significat

ἐπεὶ φάτο (sc. continens Europa) *μόρσιμον εἶο*
ἐκ Διὸς αἰγιόχου γέρας ἔμμεναι Εὐρώπειαν (heroïnam).

Dei, non homines, ea accipiunt *γέρα*, de quibus sermo est Callim. hymn. IV 181 sqq, ubi *φάσγανα* et *ζωστῆρες* et *ἀσπίδες* Galatarum sive Delo sive Apollini quasi *γέρας* tributa esse dicuntur.

ἀλλ' ἤδη παρὰ νηὸν ἀπαυγάζοιντο φάλαγγας[1])
δυσμενέων, ἤδη δὲ παρὰ τριπόδεσσιν ἐμεῖο
φάσγανα καὶ ζωστῆρας ἀναιδέας ἐχθομένας τε
ἀσπίδας, αἳ Γαλατῇσι κακὴν ὁδὸν ἄφρονι φύλῳ
στήσονται· τέων αἳ μὲν ἐμοὶ γέρας, αἳ δ' ἐπὶ Νείλῳ
ἐν πυρὶ τοὺς φορέοντας ἀποπνεύσαντας ἰδοῦσαι
κείσονται, βασιλῆος ἀέθλια πολλὰ καμόντος
ἐσσόμεναι· κτλ.

γέρας igitur res consecratas videtur significare. Alio autem loco *γέρας* est sacrificium: nam Theocr. XVII 106 sqq, ubi dicit divitias utiles esse et ad alias res comparandas et ad dona deis tribuenda, his utitur verbis

οὐ μὰν ἀχρεῖός γε δόμῳ ἐνὶ πίονι χρυσὸς
μυρμάκων ἅτε πλοῦτος ἀεὶ κέχυται μογεόντων·
ἀλλὰ πολὺν μὲν ἔχοντι θεῶν ἐρικυδέες οἶκοι
αἰὲν ἀπαρχομένοιο σὺν ἄλλοισιν γεράεσσιν.

i. e. in delubris multum positum est auri, quod Ptolemaeus praeter alia dona dedicavit. Iam cf. ib. 5 sqq

[1]) cf. Schneider, Callimachea I p. 300 sq.

ηρωες, τοὶ πρόσθεν ἐφ' ἡμιθέων ἐγένοντο,
ῥέξαντες καλὰ ἔργα σοφῶν ἐκύρησαν ἀοιδῶν·
αὐτὰρ ἐγὼ Πτολεμαῖον ἐπιστάμενος καλὰ εἰπεῖν
ὑμνήσαιμ'· ὕμνοι δὲ καὶ ἀθανάτων γέρας αὐτῶν.

Hymnos igitur non modo hominibus, uti tunc Ptolemaeo a Theocrito, sed etiam deis — quod vox *καί* demonstrat — honorem afferre poeta dicit. Similiter Theocr. XXII 223 *ἀοιδή* appellatur *γεράων θεοῖς κάλλιστον*; i. e. carmen deis pulcherrimus est honor.

Tum nonnullis locis ea, quae dei hominibus tribuunt, *γέρα* appellantur, simili notione adhibita atque iis locis, quibus homines alius alii tribuunt *γέρα*. Apud Moschum I 3 sq *γέρας* non tam donum quam gratia deae est; Venus enim *μανυτῇ* Amoris *φίλημα* tamquam *μισθὸν* promittit; cf. etiam Callim. hymn. V 119 sqq, ubi legimus Tiresiam et alia multa *γέρα* et longam vitam a Minerva accepisse[1]).

Postquam vidimus quibus significationibus *γέρας* apud poetas Graecos adhibeatur, iam consideremus qui fuerit vocis *γέρας* apud orationis solutae scriptores usus, primum apud scriptores ionicos et atticos omisso Platone, de quo infra uberius erit dicendum.

γέρας vocem poetarum propriam fuisse vel ex eo apparet, quod eam prioribus praecipue temporibus apud scriptores satis raro adhibitam invenimus, idque eiusmodi locis, quibus Homerus aliive epici poetae respici

[1]) v. Meineke ad loc. (ed. p. 264) et Schneider, Callimachea I p. 361.

videntur: cf. Alcidamantis[1]) orationem quae inscribitur *Ὀδυσσεύς* 2 *εἰ δέ τις ἡμῶν αἰχμάλωτον ἀγαγὼν ἐκ τῶν πολεμίων, ἢ γέρας ⟨λαχὼν⟩ εἴληφε πλέον ἕτερος ἑτέρου, τούτων δ' ἕνεκα μεγάλας διαφορὰς ἐν ἡμῖν αὐτοῖς ἔχομεν διὰ τὰς τούτων σπουδάς.* Quo loco *γέρας* illam propriam habet significationem doni honorarii quod praemii loco ex praeda accipitur. Sed magis in universum *γέρας* adhibetur Herod. IV 143 de dono, quod rex civi bene merito tribuit *λείπει δὲ* (scil. *Δαρεῖος*) *στρατηγὸν ἐν τῇ Εὐρώπῃ Μεγάβαζον ἄνδρα Πέρσην, τῷ Δαρεῖός κοτε ἔδωκε γέρας τοιόνδε εἴπας ἐν Πέρσῃσι ἔπος· ὡρμημένου Δαρείου ῥοιὰς τρώγειν, ὡς ἄνοιξε τάχιστα τὴν πρώτην τῶν ῥοιέων, εἴρετο αὐτὸν ὁ ἀδελφεὸς Ἀρτάβανος, ὅ τι βούλοιτ' ἂν οἱ τοσοῦτο πλῆθος γενέσθαι, ὅσοι ἐν τῇ ῥοιῇ κόκκοι.* cf. ib. III 142. Nec non ad res domesticas hic vocis usus est translatus; qua ratione adhibetur in Euhemeri frg. apud Diodorum Siculum (V 41 sqq) tradito[2]) de eximio praemio (*γέρας ἐξαίρετον*), quod *ἐν τῇ διαιρέσει τῶν καρπῶν* is accipit, *ὅστις ἂν αὐτῶν* (scil. *τῶν γεωργῶν*) *δοκῇ κάλλιστα γεγεωργηκέναι.* Sin autem Xen. Lac. resp. XV 3 haec legimus *ἔδωκε δὲ καὶ γέρα ἀπὸ τῶν θυομένων λαμβάνειν* (scil. *βασιλεῖ*) *κτλ*, alius vocis *γέρας* usus exstat, similiter iam apud Homerum[3]) obvius: eae enim victimarum partes vel emolumenta significantur, quae regi ut summo sacerdoti honorandi causa tribuuntur. Comparanda mihi videtur ea notio, quae

---

[1]) Alcidamantis esse orationem nuper iure censuit Hubertus Auer, De Alcidamantis declamatione, quae inscribitur *Ὀδυσσεὺς κατὰ Παλαμήδους προδοσίας*, diss. Monast. 1913, p. 41.

[2]) Mullach, Fragm. philos. Graec. II p. 435 b; Némethy, Euhemeri reliquiae, p. 50 XLV 4.

[3]) v. supra p. 3 sq.

invenitur Aristot. rhet. I 5 p. 1361 a 34 sqq, ubi tamquam honoris (*τιμή*) partes et *θυσίαι, μνῆμαι, . . . γέρα, τεμένη, προεδρίαι, τάφοι, εἰκόνες, τροφαὶ δημόσιαι* enumerantur ac paulo infra etiam *δῶρα τὰ παρ' ἑκάστοις τίμια* memorantur. Quo ex loco cognoscimus id inter *γέρας* et *τιμή* esse discrimen, ut sub vim propriam honoris (*τιμή*) cogitando tantum comprehendendam *γέρα* quasi peculiare honorum genus[1]) subiecta sint.

Deinde *γέρας* significat honores vel potius privilegia; quam significationem etsi iam apud Homerum[2]) invenimus, tamen a Solone[3]) demum intelleximus subtilius esse expressam. Iam vero saec. a. Ch. V. a scriptoribus solutae orationis adhibita est ad significanda ea potissimum privilegia, quae in republica valent. Ita *γέρας* nonnullis Herodoti locis exstat, quibus cum iura tum munera significat: II 168 apud Aegyptios opifices (*χειροτέχναι*) solos praeter sacerdotes praecipua privilegia (vel ornamenta) accepisse Herodotus narrat; illis enim immunia arva centenorum cubitorum Aegyptiorum attributa esse. Privilegia, quae a maioribus posteris relicta sunt, ib. IV 162 *γέρα* appellantur, ubi Arcesilaus maiorum iura praecipua (*τὰ τῶν προγόνων γέρεα*) reposcit[4]). Herod. VI 56 inter illa *τῶν βασιλέων γέρεα* numerantur ius de pueri adoptione iudicandi, duo suffragia in consilio ferendi vel etiam concedendi ea senatoribus necessitudine coniunctissimis; ib. VI 57 sq pluribus verbis singuli enumerantur

---

[1]) cf. etiam Aristot. eth. Nic. V p. 1134 b 6 sq.

[2]) v. supra p. 5.

[3]) frg. 5 Bergk; v. supra p. 24.

[4]) cf. ib. IV 165; VII 104.

honores ac singula iura praecipua — *γέρεα* appellata —, quae regibus a Lacedaemoniis tribuebantur; quae et ad res publicas et militares et sacras et privatas pertinent. Similiter Thucydides I 13,1 Graeciae tyrannides ortas esse dicit eis in civitatibus, quae antea fuerint regna hereditaria *ἐπὶ ῥητοῖσι γέρασι*, i. e. certis iuribus praecipuis ornata. Qua notione etiam saec. a. Ch. IV. *γέρας* nonnunquam adhibitum invenimus, velut Aristot. politic. II p. 1272ª ephoros Lacedaemonios cosmis Creticis praeponit, propterea quod, cum ephori singulis mutentur annis, cosmi habeant maius quam quod probari possit privilegium *τὸ γὰρ ἀνυπεύθυνον καὶ τὸ διὰ βίου μεῖζόν ἐστι γέρας τῆς ἀξίας αὐτοῖς* (scil. *τοῖς κόσμοις*) *κτλ.* Similiter *γέρας* privilegia gentium et collegiorum sacerdotum videtur significare Aristot. resp. Ath. LVII 24 *διαδικάζει δὲ καὶ τοῖς γενέσι καὶ τοῖς ἱερεῦσι τὰς ἀμφισβητήσεις τὰς ὑπὲρ τῶν γερῶν ἁπάσας οὗτος* (scil. *ὁ ἄρχων βασιλεύς*)[1]). Privilegium accuratius explicatur velut apud Herodotum VII 134 *ἐν γὰρ Σπάρτῃ ἐστὶ Ταλθυβίου ἱρόν, εἰσὶ δὲ καὶ ἀπόγονοι Ταλθυβίου Ταλθυβιάδαι καλεόμενοι, τοῖσι αἱ κηρυκηΐαι αἱ ἐκ Σπάρτης πᾶσαι γέρας δεδόαται*; cuncta enim praeconia Spartae quasi *γέρας*, i. e. ius praecipuum in Talthybiadarum manibus fuisse dicuntur. cf. etiam ib. VII 154. Aliis locis similia: ex his enim Isocratis (or. IV 22) verbis *τοῦτο δ' εἴ τινες ταύτην μὲν μὴ νομίζουσι δικαίαν εἶναι τὴν κρίσιν ἀλλὰ πολλὰς τὰς μεταβολὰς γίγνεσθαι, . . ., ἀξιοῦσι δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἔχειν*

1) cf. Busolt, Die griech. Staats- und Rechtsaltertümer[2] in Muelleri enchiridio IV 1,1 p. 231. Schoemann-Lipsius, Griech. Altert.[4] II 448 sqq.

ὥσπερ ἄλλο τι γέρας ἢ τοὺς πρώτους τυχόντας ταύτης τῆς τιμῆς[1]) *ἢ τοὺς πλείστων ἀγαθῶν αἰτίους τοῖς Ἕλλησιν ὄντας, ἡγοῦμαι καὶ τούτους εἶναι μεθ' ἡμῶν* principatum quoque Graeciae *γέρας* appellari apparet; Xen. Ages. I 5 regnum Lacedaemoniorum, quod Agesilao deferri debet, *κάλλιστον γέρας* vocatur *κρίνασα ἡ πόλις ἀνεπικληρότερον εἶναι Ἀγησίλαον καὶ τῷ γένει καὶ τῇ ἀρετῇ τοῦτον ἐστήσατο βασιλέα· καίτοι τὸ ἐν τῇ κρατίστῃ πόλει ὑπὸ τῶν ἀρίστων κριθέντα τοῦ καλλίστου γέρως ἀξιωθῆναι ποίων ἔτι τεκμηρίων προσδεῖται τῆς γε πρὶν ἄρξαι αὐτὸν ἀρετῆς;* Magis in universum *γέρας* Aristot. eth. Nic. V p. 1134ᵇ 1 sqq et ib VIII p. 1163ᵇ 3 sqq adhibetur: priore loco, ubi legimus *ἔστι δ' ὁ ἄρχων φύλαξ τοῦ δικαίου, εἰ δὲ τοῦ δικαίου, καὶ τοῦ ἴσου. ἐπεὶ δ' οὐδὲν αὐτῷ πλέον εἶναι δοκεῖ, εἴπερ δίκαιος . . . ., μισθὸς ἄρα τις δοτέος. τοῦτο δὲ τιμὴ καὶ γέρας*, dubium mihi videtur an *γέρας* primariam habeat significationem praemii honorarii et *τιμή* significet honorem ipsum, altero, ubi haec sunt *τῆς μὲν γὰρ ἀρετῆς καὶ τῆς εὐεργεσίας ἡ τιμὴ γέρας, τῆς δ' ἐνδείας ἐπικουρία τὸ κέρδος*, aliud discrimen inter *τιμή* et *γέρας*, quamquam honor ipse *γέρας* vocatur, intellegi potest, idque eiusmodi ut ornamentum vel honor (*γέρας*) in aestimatione qua quis fruatur (*τιμή*) constare videatur.

Denique non aliter atque apud poetas etiam apud orationis solutae scriptores *γέρας* de deorum rebus adhibitum invenimus, ubi condiciones humanae ad deos translatae sunt: cf. Pherecyd. frg. 1 Diels[2]), ubi Iuppiter

1) *τιμή* idem videtur valere ac *γέρας*; cf. etiam infra Aristot. eth. Nic. VIII p. 1163ᵇ 3 sqq.

2) Fragmente der Vorsokratiker[2] II 1 p. 507.

Χθονίη deae terram quasi *γέρας*, i. e. quasi donum vel praemium honorarium dedisse dicitur *Ζὰς μὲν καὶ Χρόνος ἦσαν ἀεὶ καὶ Χθονίη· Χθονίηι δὲ ὄνομα ἐγένετο Γῆ, ἐπειδὴ αὐτῆι Ζὰς γῆν γέρας διδοῖ.*

Sed iam de Platone agamus. Quem ut ex scriptoribus atticis eximeremus, ea re adducti sumus, quod illius ratio dicendi, si subtilius quaeras, a ceterorum ratione multum discrepat. Illius enim dicendi usus poetarum rationem magnam partem sequitur[1]). Ac quia vox *γέρας*, ut nos intellexisse puto, poetarum potissimum propria sentiebatur, saepe invenitur apud Platonem, qui quidem nonnunquam *γέρα* appellat non modo munera et honores vel privilegia quae inter homines tribui solent, sed etiam ea quae inter deos hominesque sunt. Universa notione doni honorarii *γέρας* invenimus Plat. leg. VIII p. 834[a], ubi legimus victorem certaminis, quod Graeci *παγκράτιον* appellant, *νόμιμα τὰ γέρα καὶ τὰς νίκας* accipere debere; quo loco voce *γέρας* haud dubito quin praemia virtutis vel victoriae significentur similiter ac leg. XI p. 922[a]. Sin autem resp. V p. 465[d] haec leguntur *νίκην τε γὰρ νικῶσι* (scil. *οἱ ὀλυμπιονῖκαι*) *ξυμπάσης τῆς πόλεως σωτηρίαν, τροφῇ τε καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσιν, ὅσων βίος δεῖται, αὐτοί τε καὶ παῖδες ἀναδοῦνται, καὶ γέρα δέχονται παρὰ τῆς αὑτῶν πόλεως ζῶντές τε καὶ τελευτήσαντες ταφῆς ἀξίας μετέχουσι*, quamquam inter illa *γέρα* res quoque,

1) v. Christ-Schmid, Griech. Lit. I[6] p. 710; Wackernagel, Die griech. Sprache, Kultur der Gegenwart VIII 1[1], p. 295; Gleisberg, De vocabulis tragicis quae apud Platonem inveniuntur, diss. Berol. 1909, p. 1 sqq, imprimis p. 5.

videlicet praemia videntur esse, tamen *γέρας* magis ad honores vel privilegia pertinet, cum illi viri et *σίτησιν ἐν πρυτανείῳ* et *προεδρίαν, ἀτέλειαν* similia accipiant. Neque aliter res se habet alio loco: resp. V p. 460[b] Plato postulat, ut *τοῖς ἀγαθοῖς γέ που τῶν νέων ἐν πολέμῳ ἢ ἄλλοθί που γέρα καὶ ἆθλα*[1]) *ἄλλα τε καὶ ἀφθονεστέρα ἡ ἐξουσία τῆς τῶν γυναικῶν ξυγκοιμήσεως* tribuantur. Nec multum distat quod vocabula *γέρας* et *ἆθλον* iuxta posita sunt Plat. resp. VI p. 503[a] *γέρα δοτέον καὶ ζῶντι καὶ τελευτήσαντι*[2]) *καὶ ἆθλα.* Magis universa autem vocis *γέρας* notio exstat leg. VIII p. 829[d], ubi Plato suadet, ne quis nisi *ἀγαθοί τε . . . καὶ τίμιοι ἐν τῇ πόλει* percipiant *τοῦτο . . . γέρας, παρρησίαν ἐν Μούσαις*, i. e. ne cui nisi bonis viris liceat hymnos aliaque carmina componere neve pronuntiare. *γέρας* igitur est honor vel potius privilegium[1]).

1) Vocabula *γέρας* et *ἆθλον* quomodo discernenda sint, [Plato] defin. p. 415[a] docet: *ἆθλον ἀρετῆς γέρας τὸ ἑαυτοῦ ἕνεκα αἱρετόν*, quod Mullachius (Fragm. philos. Gr. III p. 80) recte ita vertit: »certaminis praemium est virtutis munus, quod propter se expetendum est«. *ἆθλον* igitur est praemium victoriae propositum, *γέρας* amplius pertinet significans omnino munus, cuius dandi causa atque occasio est virtus comprobata. De definitionum auctore viri docti nondum consentiunt. cf. P. Lang (De Speusippi Academici scriptis, diss. Bonn. 1911) p. 23: Totus liber (scil. *Ὅροι*) neque Platoni neque Speusippo tribui potest. Num vero Speusippei aliquid insit in hoc libro necne, idoneis adminiculis deficientibus diiudicari non potest. Aliam opinionem habet Mutschmann (Deutsche Literaturzeitung 1913, p. 1634,1): (Die *Ὅροι*) verdienen diese Mißachtung nicht, denn sie stammen in der Tat von Speusipp, was schon daraus hervorgeht, daß Aristoteles in den Topica gegen sie polemisiert.

2) Mortuorum *γέρα* ib. III p. 414[a] commemorantur *τάφων τε καὶ τῶν ἄλλων μνημείων μέγιστα γέρα λαγχάνοντα* (sc. bonum virum).

3) cf. etiam Plat. Crit. p. 120[a].

Similem notionem invenimus apud Plat. soph. p. 231a, ubi hospes Eleaticus et Theaetetus hoc modo colloquuntur *ΞΕ τί δέ; τοὺς ταύτῃ χρωμένους τῇ τέχνῃ* (scil. *σοφιστικῇ*) *τίνας φήσομεν; ἐγὼ μὲν γὰρ φοβοῦμαι σοφιστὰς φάναι· ΘΕΑΙ τί δή; ΞΕ μὴ μεῖζον αὐτοῖς προσάπτωμεν γέρας*; hoc loco honor cum nomine sophistarum coniunctus est.

Sin autem resp. III p. 406b de senectute, ad quam Herodicus luctator et medicus arte (scil. medicina) pervenit, haec leguntur *καλὸν ἄρα τὸ γέρας, ἔφη, τῆς τέχνης ἠνέγκατο*, *γέρας* quasi fructum artis significare videtur.

Iam supra (p. 41) vidimus Platonem interdum voce *γέρας* uti, cum sermo est de eis quae mortuis tribuuntur. Inter mortuos et deos similitudinem quandam intercessisse monuimus[1]). Iam cf. Eutyphr. p. 15a, ubi legimus ea, *ἃ παρ' ἡμῶν λαμβάνωσιν* (scil. *οἱ θεοί*) sive, ut Socrates dicit, *τὰ παρ' ἡμῶν δῶρα τοῖς θεοῖς* deis esse *τιμήν τε καὶ γέρα καὶ . . . χάριν*. Quoniam *τιμή* (honor) et *χάρις* (gratia) cum voce *γέρας* coniuncta leguntur, apparet *γέρας* magis in universum adhibitum esse.

Sed cum Plat. conv. p. 179c Alcestidi, propterea quod pro Admeto marito mortem subiit, permittitur, ut anima eius in lucem redeat, hoc beneficium deorum vel potius privilegium *γέρας* appellatur; similiter, sed alio notionis colore Plat. Phaedr. p. 259b–c et p. 262d, ubi homines qui semper sine desiderio cibi potusque in disputando versantur cum cicadis comparantur, facultas assidue disputandi vel canendi a deis

---

[1]) v. supra p. 5.

praebita *γέρας* appellatur (p. 259b *γέρας παρὰ θεῶν*, p. 259c *γέρας παρὰ Μουσῶν*).

Sed iam de posterioribus orationis solutae scriptoribus agamus. Qua in re si consideramus qui fuerit vocis *γέρας* usus, apud scriptores historicos et sophisticos communis quae vocatur dialecti *γέρας* similiter atque apud Platonem saepius adhibitum invenimus. Sed quod apud Platonem ex ingenio et dicendi ratione poetica fluxisse videtur, quaesitum et arte quadam arcessitum est apud hos posteriorum aetatum scriptores, quos quidem secundum rhetorum praecepta id egisse constat, ut sermonem poetarum flosculis ornarent. Qua re illorum verborum vim minutam esse nos non miramur; quod etiam voce *γέρας* usu vulgata et trita satis probatur. Praeter ea quae supra (p. 7 sq) commemoravi exempla, quae quidem Homeri repetunt usum loquendi, alia nonnulla in usum et epicorum et aliorum poetarum fere quadrant. Ad Homerum et tragicos, qui ex illo in vocibus eligendis pendent, spectant ea quae Plut. Thes. 26 legimus *γέρας ἀριστειῶν Ἀντιόπην ἔλαβεν* (scil. *Θησεύς*). Similiter et Plutarchus aliis locis et alii auctores voce *γέρας* utuntur: Plut. Public. 20; Artaxerx. 10; Alciphr. epist. 36 (Hercher, Epist. Gr. p. 78); Porphyr. quaest. Hom., ad Il. XVI 56 Schrader I 97; Heliod. aethiop. V 32 p. 154 Bekker. Notione doni honorarii *γέρας* latius patet et aliis locis et Ioseph. ant. Iud. V 290, ubi Sampson quidam pollicetur se ei qui quaestionem dissoluturus sit propositam *ὀθόνας τε καὶ στολάς* quasi *γέρας τῆς συνέσεως* daturum esse. Similiter ib. IX

249 agri, quos nescio quem accepisse legitur, voce *γέρας* significantur: *κομίσαντος καὶ ἀναγιγνώσκοντος εὑρέθη τις δι' ἀριστείαν ἔν τινι γέρας εἰληφὼς χώραν κτλ*; infra etiam *δωρεά* eadem notione ac *γέρας* invenimus: *ἕτερον δὲ διὰ πίστιν τετυχηκότα δωρεᾶς μηνύων ἦλθεν κτλ*; significat igitur praemium honorandi causa tributum. Aliis locis dubium est, utrum illa *γέρα* res sint necne, velut Ioseph. bell. Iud. IV 508; Muson. Ruf. diss. XV A Hense p. 77,15, ubi marito et uxori *πολυπαιδίας γέρα* tribuenda esse legimus. Eiusmodi praemia et a republica et a civibus tributa in antiquorum hominum consuetudine posita esse memoriae traditur. Inter haec praemia ea *γέρα* sunt, quae discipulis laude dignis dabantur; cf. Plut. Sert. 14 *καὶ τὸν Σερτώριον ὑπὲρ αὐτῶν* (scil. *τῶν διδασκάλων*) *μισθοὺς τελοῦντα καὶ πολλάκις ἀποδείξεις λαμβάνοντα καὶ γέρα τοῖς ἀξίοις νέμοντα καὶ τὰ χρυσᾶ περιδέραια δωρούμενον, ἃ Ῥωμαῖοι βούλλας καλοῦσιν.* In papyri cuiusdam fragmento (Oxyrh. Pap. n. 416, III p. 60 sq) pecunia voce *γέρας* significari videtur, quamvis verba non integra tradita sint. Nonnunquam *γέρας ἐξαίρετον* legitur: cf. Ioseph. ant. Iud. V 125 sq *ὅθεν μετεστρατοπέδευσαν εἰς Χεβρῶνα· καὶ ταύτην ἑλόντες κτείνουσι πάντας. . . . καὶ τοῦτο μὲν τοῖς Λευΐταις ἐξαίρετον γέρας ἔδοσαν μετὰ καὶ τῶν δισχιλίων πηχῶν, τὴν δὲ γῆν Χαλέβῳ δωρεὰν ἔδοσαν κατὰ Μωσέος ἐντολάς· κτλ*, ubi *γέρας*, i. e. praemium victoriae vel certaminis[1]), in oppido constat; *δωρεά* similiter de agris adhibetur. cf. ib. VI 198.

Locis adhuc commemoratis atque illustratis voce

[1]) cf. etiam Plut. Ages. et Pomp. comp. 3.

γέρας plus minusve res significari intelleximus. Nonnunquam vero dubitaveris, utrum de certis rebus agatur sensibus subiectis an de cogitatis. Hoc ex eo mihi videtur profectum esse, quod vox *γέρας* vi ac colore minuta et obsolefacta est. Quamquam vocis *γέρας* notio iam apud priores scriptores, velut Demosthenem Platonem Aristotelem, fluctuat ita ut significet modo certa dona vel praemia, modo honores, tamen illic et hic non de eadem agitur causa. Nam cum illic quaerendum esset, utrum notio ad res pertineat an ad cogitata, hic iam duo illa notionum genera commixta mihi videntur esse et id tantum nonnunquam in dubio est, utrum genus singulis locis promineat. Sed iam notionem ad ipsas res certas spectantem nonnunquam praeponderare exemplis probari potest: cf. velut Appian. b. c. III 34 (vol. II p. 871 sq Mendelssohn), ubi ipso Caesare interfecto Antonius acriter vituperat ea *γέρα* quae eis qui interfecerunt Caesarem a senatu tributa sint *ὁ δὲ δῆμος ἐθορυβεῖτο, καὶ οἱ σφαγεῖς σὺν μονομάχοις τὸ Καπιτώλιον καταλαβόντες ἀπέκλειον, καὶ ἡ βουλὴ σὺν ἐκείνοις ἦν, ἣ καὶ νῦν ἐστι φανερώτερον, γέρα τε τοῖς ἀνελοῦσιν ὡς τυραννοκτόνοις ἐψηφίζετο. καὶ εἰ τύραννος ὁ Καίσαρ ἐφάνη, ἡμῖν ὑπῆρχεν ἀπολέσθαι πᾶσιν ὡς τυράννου φίλοις . . ., τὸ μὲν δὴ πρῶτον ἐκ πάντων καὶ τὰ λοιπὰ συνέχον ἦν ἀναιρεθῆναι τὰ γέρα τὰ ψηφισμένα τοῖς ἀνδράσιν κτλ*[1]). Cf. ea quoque *γέρα*, de quibus Cassius apud Appianum b. c. IV 94 sq (II p. 1014 M) disserit; v. etiam Lucian. tyrannoct., exord. et § 1[2]).

[1]) cf. ib. III 64 (vol. II p. 901,6 Mendelssohn).
[2]) cf. Schoemann-Lipsius, Griech. Altert.[4] I 484.

Similiter *γέρας* et *δωρεά* adhibentur Appian. b. c. IV 97 (II p. 1017 M)[1]), sed hic sermo est de praemiis (*γέρα* vel *δωρεαί*), quae militibus tribuuntur; apud Dion. Cass. LI 3, 4 *γέρας* prope ad Homeri usum saepe laudatum accedit; cf. eundem XLVII 9, 1 *οἵ τε περιποιήσαντές τινας οἱ μὲν δίκην ἔδοσαν, οἱ δὲ καὶ γέρα ἔλαβον*, LVI 41, 6 *πῶς τῶν γερῶν τῶν τοῖς γαμοῦσι καὶ τεκνοῦσι προκειμένων.* XLVI 38, 2 *τοῖς τε συναγωνισαμένοις . . . τάφη τε δημόσια καὶ τὸ τοῖς παισὶ τοῖς τε πατράσιν αὐτῶν πάντα τὰ γέρα, ὅσα ἂν αὐτοὶ ἐκεῖνοι ζήσαντες ἔλαβον, ἀποδοθῆναι ἐψηφίσθη* voce *γέρας* significari videntur et praemia et honores vel privilegia, velut *στέφανωσις, προεδρίαι, σίτησις ἐν πρυτανείῳ, μνημεῖα* alia similia; qua ratione Dio Cassius saepius voce *γέρας* utitur: XL 19, 3; XLII 53, 6; LV 24, 9; cf. etiam Polem. decl. II 17 sqq. Huiusmodi locis *γέρας* non solum valet praemium, sed iam amplius patet. Aliis autem locis non nisi voce Latina »ornamentum«, vernacula »Auszeichnung« bene vertitur: cf. Ioseph. ant. Iud. X 240 (II p. 382 Niese) *τοῦτο γὰρ ποιήσαντι* (scil. *Δανιήλῳ*) *πορφύραν δώσειν ἐνδεδύσθαι καὶ χρύσεον περὶ αὐχένα στρεπτὸν καὶ τρίτον τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ μέρος τιμὴν καὶ γέρας τῆς σοφίας*[1]); id. XI 254 sq (III p. 52 Niese), ubi verba *τοῦτο τὸ γέρας* spectant ad antecedentia *ἐφ' ἵππου βαδίζειν τὴν αὐτὴν ἐσθῆτά σοι φοροῦντα καὶ περιαυχένιον χρυσοῦν ἔχοντα καὶ προάγοντα τῶν ἀναγκαίων φίλων ἕνα κηρύσσειν δι' ὅλης τῆς πόλεως.* Neque enim *ἵππος* neque *ἐσθής* neque similes res voce *γέρας* significantur, sed privilegia velut equitandi vestimentis et insignibus honorum indutis. Similiter Appian.

[1]) cf. ib. IV 128 (II p. 1176 M); III 42 (II p. 879 M).

bell. civ. IV 42 (II p. 969 M) illud *τὸν πατέρα σῴζειν δι' ἐμέ, ἢ δι' ἐκεῖνον ἐμὲ συγκατακανεῖν* appellatur *γέρας.* Plutarchus quaest. conv. VIII 8, 3 (Mor. p. 729[d]) Euripidis Cycl. 551 fortasse alludens per ironiam haec dicit *ἡ δὲ τῶν Πυθαγορικῶν πρὸς τὸν ἰχθὺν ἐκεχειρία διὰ τὸ μὴ σύμφυλον ἄτοπος καὶ γελοία μᾶλλον δ' ἀνήμερος ὅλως καὶ Κυκλώπειόν τι τοῖς ἄλλοις γέρας νέμουσα τῆς συγγενείας καὶ οἰκειότητος, ὀψοποιουμένοις καὶ ἀναλισκομένοις ὑπ' αὐτῶν.* cf. ib. VIII 8, 1 (p. 728[e]) *ἰχθύος δὲ μὴ γεύσασθαι τὸ παράπαν ὑπομένουσιν. ἣν δὲ Τυνδάρης ὁ Λακεδαιμόνιος αἰτίαν . . .*[2]) *ἔλεγε δὲ τῆς ἐχεμυθίας τοῦτο γέρας εἶναι, τοὺς ἰχθῦς καλεῖν ἔλλοπας, οἷον ἰλλομένην τὴν ὄπα καὶ καθειργομένην ἔχοντας κτλ.* Hoc loco quamquam verborum sententia satis obscura mihi videtur esse, tamen *γέρας* de ornamento vel privilegio videtur adhiberi. Aliis locis, quibus ornamentum vel privilegium non modo ad praesens pertinet tempus, sed per longius valet spatium, *γέρας* alium ducit colorem, quem conferas cum usu vetustissimorum poetarum lyricorum, imprimis Solonis (frg. 5 Bergk). Velut apud Dionysium Halic. ant. Rom. VI 14, 1 (I p. 172 sq Jacoby) Romulus de rege ac senatu haec statuit *καταστησάμενος δὴ ταῦτα διέκρινε τὰς τιμὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, ἃς ἑκάστους ἐβούλετο ἔχειν. βασιλεῖ μὲν οὖν ἐξῄρητο τάδε τὰ γέρα. πρῶτον μὲν ἱερῶν καὶ θυσιῶν ἡγεμονίαν ἔχειν καὶ πάντα δι' ἐκείνου πράττεσθαι τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς ὅσια, ἔπειτα νόμων τε καὶ πατρίων ἐθισμῶν φυλακὴν ποιεῖσθαι καὶ παντὸς τοῦ κατὰ φύσιν ἢ κατὰ συνθήκας δικαίου προνοεῖν τῶν τε ἀδικημάτων τὰ μέγιστα μὲν αὐτὸν δικάζειν, τὰ*

[1]) ib. infra *Δανίηλος δὲ τὰς μὲν δωρεὰς αὐτὸν ἔχειν ἠξίου κτλ.*
[2]) Lacunam indicavit Bernardakis.

δ᾽ ἐλάττονα τοῖς βουλευταῖς ἐπιτρέπειν προνοούμενον, ἵνα μηδὲν γίγνηται περὶ τὰς δίκας πλημμελές, βουλήν τε συνάγειν καὶ δῆμον συγκαλεῖν καὶ γνώμης ἄρχειν καὶ τὰ δόξαντα τοῖς πλείοσιν ἐπιτελεῖν. ταῦτα μὲν ἀπέδωκε βασιλεῖ τὰ γέρα καὶ ἔτι πρὸς τούτοις ἡγεμονίαν ἔχειν αὐτοκράτορα ἐν πολέμῳ· τῷ δὲ συνεδρίῳ τῆς βουλῆς τιμὴν καὶ δυναστείαν ἀνέθηκε τοιάνδε· περὶ παντὸς ὅτου ἂν εἰσηγῆται βασιλεὺς διαγινώσκειν τε καὶ ψῆφον ἐπιφέρειν, καὶ ὅ τι ἂν δόξῃ τοῖς πλείοσι τοῦτο νικᾶν· ἐκ τῆς Λακωνικῆς πολιτείας καὶ τοῦτο μετενεγκάμενος[1]). Quo loco voces *γέρα* et *τιμὴ καὶ δυναστεία* idem valere apparet, potestatem dico cum honoribus coniunctam. Sin autem *γέρας* ad peculiarem pertinet honorem neque principibus vel magistratibus a populo — ut volunt leges —, sed civibus praeclaris a principibus vel dominis conceditur, magis significatio privilegii inest. Quod invenimus nonnunquam apud Iosephum, qui contra Apionem II 42 illud Alexandriae *οἰκεῖν γέρας* et similiter bell. Iud. II 487 illud *μετοικεῖν* Iudaeorum *γέρας τῆς συμμαχίας* appellat[2]). Quocum cf. Plut. quaest. conv. V 3, 3 p. 676[f] *εἶτα μέντοι χρόνῳ πάλιν ἀνακτησαμένη τὸ πάτριον γέρας ἡ πίτυς ἀνθεῖ τῇ τιμῇ*, ubi *τιμή* propriam honoris vel existimationis vim, *γέρας* autem ornamentum vel potius privilegium significare equidem arbitror; nam illa verba sic interpretor: pinus postquam apio per spatium aliquod temporis suo loco demota est, recuperavit pristinum privilegium, scilicet ornandi

[1]) cf. ib. VII 38, 4 et Appian. b. c. I 79 (II p. 642 M); III 15 sq (II p. 852 sq M).

[2]) cf. bell. Iud. I 423; Demetr. et Liban. *τύπ. ἐπιστ.* 65, p. 43, 12 Weichert.

eos qui certaminibus Isthmicis vicerunt, ac iam honore viget.

Deinde *γέρας* etiam munus vel magistratum, i. e. privilegium cum officiis coniunctum significat, id quod praeter alios Pausanias V 4, 5 nos docet: posteris Phidiae ab Eleis quasi *γέρας* tributum esse Iovis simulacrum lustrare; quo munere fungi non modo poterant, sed etiam debebant. Similem significationem velut Ioseph. ant Iud. VIII 206 et XVII 272 invenimus: *ἡ στρατηγία ἐπὶ τῆς Ἰωσήφου φυλῆς* et *ἡ βασίλειος τιμή*, i. e. dignitas regia, *γέρας* appellatur; cf. etiam ib. IV 29 sqq; XIX 315. Nec non aliis compluribus locis de similibus honoribus vel potius magistratibus et dignitatibus vocem *γέρας* universe adhibitam invenimus, velut Plut. Camill. 1; Marcell. 13; sed Dion. Cass. LXXVIII 22,1 *γέρας* non valet dignitatem vel munus, sed translate praemium; quod etiam ex his Zenobii (II 68, Paroemiogr. Gott. I p. 51) verbis apparet *ἐλθὼν δὲ* (scil. *Οἰδίπους*) *εἰς Θήβας καὶ τὴν βασιλείαν ἐφευρὼν Λαΐου γέρας προκειμένην σὺν τῇ γυναικὶ Ἰοκάστῃ τῷ λύσαντι τὸ αἴνιγμα τῆς Σφιγγός, τοῦτο λύσας κτλ*, i. e. Lai dignitatem ac potestatem regiam Oedipus propositam invenit praemii loco.

Similis vocis *γέρας* usus invenitur etiam in eis solutae orationis operibus, quae post Constantinum fere conscripta sunt. Hic quoque vetusti respiciuntur poetae: nam ut Libanius et Iulianus illis locis supra (p. 8) commemoratis Homeri aut Libanius decl. XXIII 24 (supra p. 25, adn. 2) Simonidis usum sequuntur, ita velut Laurentius Lydus de mens. I 12

(p. 5, 15 Wünsch) in Pindari usum[1]) quadrat *σάλπιγγες δὲ ἐπὶ τέλει τῶν ἀγώνων τοὺς νικητὰς ἐπὶ τὰ γέρα καλοῦσι κτλ.* Sed apud Anonymum Byzantinum *π. στρατηγ.* XXXIX 2 sq, p. 273ᵃ[2]) *γέρας* significat praemia eis tribuenda militibus (aut si mortem occumbant eorum propinquis et heredibus) qui profiteantur se voluntarios ad nocturnum impetum paratos esse. Deinde *γέρας* apud hos scriptores magis in universum adhibetur. Sed omnia eiusmodi testimonia, quae quidem apud Libanium[3]) plurima sunt, cum longum sit enumerare atque illustrare, me nonnulla tractare satis habeas. In Libanii laudibus Constantii et Constantis (or. LIX 128, IV p. 274 Förster) de Francorum moribus et belli usu haec legimus *γέρα δὲ ἀπονοίας*[4]) *καὶ τιμὰς θρασύτητος νομοθετήσαντες ἔχουσιν. ἀρρώστημα δὲ ὅλως τὴν ἡσυχίαν κρίνουσι,* ubi *γέρας* et *τιμή* modo variandi causa iuxta posita videntur esse, quamquam si subtilius quaerimus discrimen quoddam inter duas voces intellegi concedendum est, ita ut *γέρας* instrumentum vel signum honorandi, *τιμή* honorem ipsum significet. Iam

---

[1]) cf. supra p. 22 sq.

[2]) Koechly-Rüstow, Griech. Kriegsschriftsteller, Leipz. 1853-55, II 2, p. 178 et p. 180.

[3]) Libanius singularem fere locum videtur tenere; eius enim orationes et declamationes vetustatis colorem praebent, id quod iam Eunapius Liban. p. 99 Boissonade cognovit *οὗτος λέξιν εὑρών τινα περιττὴν καὶ ὑπ' ἀρχαιότητος διαλανθάνουσαν, ὡς ἀνάθημά τι παλαιὸν καθαίρων, εἰς μέσον τε ἦγε καὶ διακαθήρας ἐκαλλώπιζεν, ὑπόθεσίν τε αὐτῇ περιπλάττων ὅλην καὶ διανοίας ἀκολουθούσας, ὥσπερ ἅβρας τινὰς καὶ θεραπαίνας δεσποίνῃ νεοπλούτῳ καὶ τὸ γῆρας ἀπεξεσμένῃ. ἐθαύμασε μὲν οὖν αὐτὸν ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ θειότατος Ἰουλιανός, ἐθαύμασε δὲ καὶ ὅσον ἀνθρώπινον τὴν ἐν τοῖς λόγοις χάριν* (cf. Norden, Kunstprosa ¹ II p. 403). Ex quo etiam id factum videtur esse, ut Libanius persaepe *γέρας* adhibuerit.

[4]) cf. Liban. decl. XVI 37 (VI p. 167 Förster).

cf. Iulian. or. II 50ᶜ (I p. 63 Hertlein) *ἡμῖν δὲ ἰδίᾳ τιμὰς καὶ γέρα ἄλλα ἐπ' ἄλλοις παρασκευάζοντα.* Voces *τιμή* et *γέρας* illo modo interdum discernendas esse Euagrius quoque videtur docere hist. eccl. I 7 p. 278 (p. 13 Bidez-Parmentier) *ὁ Νεστόριος . . . παντοίας ἔτυχε τιμῆς καὶ παντοίων γερῶν ἀπέλαυσε.* Nam *τιμή* numero singulari, *γέρας* plurali adhibetur; huc accedit quod cum voce *τιμή* verbum *τυγχάνειν*, i. e. nancisci, cum voce *γέρας* verbum *ἀπολαύειν*, i. e. fructum capere, perfrui[1]), coniuncta leguntur. Aliis locis aliter: cf. Liban. or. V 24 (I p. 311 F) *καρποῦσθαι τιμάς*, Procop. de bell. V 8, 3 *αὐτίκα τε πρὸς βασιλέα σταλεὶς* (scil. *αὐτόμολος Ἐβρίμους*) *γερῶν τε ἄλλων ἔτυχε καὶ ἐς τὸ πατρικίων ἀξίωμα ἦλθε,* ubi inter *γέρα* etiam *πατρικίων ἀξίωμα* numeratur; cf. etiam Euagr. hist. eccl. IV 6, p. 388. Apud Syrian. in Hermog. *π. στάσ.* (p. 101, 22 sqq Rabe) *πλατύνεται δὲ τοῖς περιστατικοῖς μορίοις, οἷον ὡς ἐπ' ἐκείνου τοῦ ὁρικοῦ προβλήματος· νόμος τὸν τυραννοκτόνον δωρεὰν λαμβάνειν, πόλεως τυραννουμένης φιλόσοφος ἔπεισε τύραννον καταθέσθαι τὴν τυραννίδα καὶ αἰτεῖ τὸ γέρας κτλ* voces *δωρεά* et *γέρας* idem valere ac notione fere congruere apparet[2]). Saepe incertum est, utrum ad res an ad cogitata *γέρας* respiciat, velut Liban. or. I 251 (I p. 191 F); XII 16 (II p. 15 F); XV 79 (II p. 152 F); Iulian. epist. 35 p. 407ᶜ (II p. 526 Hertlein). Nonnunquam *γέρας* et res et

---

[1]) cf. verbum *λαμβάνειν* cum voce *γέρας* coniunctum Liban. decl. XV 23 (VI p. 126 F); decl. XXXVII 29 (VII p. 256 F).

[2]) cf. praeterea Liban. decl. XV 8 (VI p. 120 F); XVI 5 (VI p. 148 F).

honores simul complectitur[1]). Iam in his Agathiae (hist. IV 25 Dindorf, Hist. Graec. Min. II p. 334) verbis *τοιγάρτοι ἅπαντες οἱ ἐν τέλει ἆθλα προυτίθεσαν καὶ γέρα*[2]) *τοῖς μάγοις ἐν τῇ προαγορεύσει τῶν ἐσομένων*, si quis *ἆθλα* et *γέρα* ita vellet discernere, ut putaret *ἆθλα* res certas, *γέρα* honores vel ornamenta esse, erraret, praesertim cum Iulianus or. III p. 108ª (I p. 138 Hertlein) de honore (*τιμή*) haec dicat *τοῖς μὲν ἰδιώταις οἷον ἆθλον ἀποκειμένη* (scil. *ἡ τιμή*) *καὶ γέρας ἀρετῆς ἢ πίστεως ἤ τινος εὐνοίας καὶ ὑπηρεσίας περὶ τοὺς τῶν ὅλων ἄρχοντας ἢ πράξεως λαμπρᾶς, τοῖς βασιλεῦσι δὲ πρὸς οἷς ἔχουσιν ἀγαθοῖς οἷον ἄγαλμα καὶ κόσμος ἐπιτιθεμένη.* Ut igitur voces *ἆθλον* et *γέρας* iuxta positae sint, cumulandi causa mihi videtur factum esse; sed rursus *γέρας* et *τιμή* non idem significare et ex toto verborum contextu apparet et ex *οἷον* apposito, quod docet *γέρας* (et perinde *ἆθλον*) translate dictum esse. Similiter *γέρας* adhibetur Agath. hist. II 15 Dindorf HGM II p. 204 *καὶ ὥσπερ γέρας τι μέγιστον τὰ τοιάδε αὐτῇ* (scil. Athenis) *ἀνεῖται διδασκαλεῖα.* Sed apud Syrianum in Hermog. *π. στάσ.* (p. 49, 16 sqq Rabe) *οἷον ὡς ἐπὶ παραδείγματος: πλούσιος ἀριστεύσας ᾔτησεν ἐχθροῦ πένητος φόνον εἰς τὸ γέρας, λαβὼν ἀπέκτεινε καὶ μὴ πολιτευομένων ἔτι τῶν πενήτων κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων*, dives quidam inimici pauperis mortem quasi *γέρας*, i. e. quasi ius praecipuum, postulat;

[1]) cf. Liban. or. XXVII 34 (III p. 38 F); XXX 12 (III p. 94 F); decl. XVI 25 (VI p. 161 F); Procop. de bell. IV 9, 1 sq; Laur. Lyd. de mag. I 15 (p. 20, 18 Wünsch); III 50 (p. 139, 26 Wünsch); Euagr. hist. eccl. IV 32.

[2]) cf. Agath. hist. V 15 Dindorf HGM II p. 373.

paulo infra eadem notione qua *εἰς τὸ γέρας* etiam *κατα δωρεάν* adhibitum legimus[1]). cf. Liban. decl. XLVIII inscr. (VII p. 612 F) *Δύο τις ἔχων παῖδας τὸν ἕτερον ἀπεκήρυξεν. ὁ ἐπὶ τῆς οἰκίας ἀριστεύσας ᾔτησεν εἰς τὸ γέρας τὸν ἀδελφὸν ἀναληφθῆναι. ἀντειπόντος τοῦ πατρὸς οὐκ ἔπεισεν, ἀξιοῖ καὶ αὐτὸς ἀποκηρύττεσθαι* et ib. 63 *ἀξιώσας εἰς τὸ γέρας υἱεῖ πατέρα συναλλάξαι.* Eiusmodi notio iuris praecipui ab hominibus ad res translata invenitur Liban. decl. XXII 21 (VI p. 360 F), ubi Demosthenes de ara misericordiae haec facit verba: *φέρε γάρ, τίς ἡ τιμή τοῦ βωμοῦ; τὸν ἀδικούμενον ὡς αὐτὸν ἥκοντα σῶσαι. τί οὖν; ἤρκεσέ με ῥύσασθαι; πόθεν; οὐκοῦν ὁ μὲν λίθος ἕστηκε, τὸ γέρας δὲ πέπαυται, καὶ τῷ μὲν δοκεῖν μένει, τῇ δ' ἀληθείᾳ κεκίνηται.* Quo loco *γέρας* et *τιμή* idem fere significant, ornamentum dico vel honorem. Eadem fere notione Iulianus or. I 5^{b-c} (I p. 5 Hertlein) *γέρας* adhibet, ubi compluribus urbibus certantibus, quae sit Constantini patria, Byzantii partes secutus Iulianus haec dicit: *καὶ ἡ μὲν βασιλεύουσα τῶν ἁπάντων πόλις, μήτηρ οὖσα σὴ καὶ τροφὸς καὶ τὴν βασιλείαν σοι μετὰ τῆς ἀγαθῆς τύχης παρασχοῦσα, ἐξαίρετον αὑτῆς φησιν εἶναι τὸ γέρας, οὐ τοῖς κοινοῖς ἐφ' ἁπάντων τῶν αὐτοκρατόρων δικαίοις χρωμένη.* Haec urbs igitur *βασιλεύουσα* ornamenti loco habet, quod appellari potest patria Constantini. Similiter Hierocles comment. in »aureum carmen« XXVII 70 sq con-

[1]) Eadem notione *εἰς τὴν δωρεάν* exstat apud Syrianum in Hermog. *π. στάσ.* (p. 43, 2 sqq Rabe) *φιλάργυρος ἀριστεύσας ᾔτησεν εἰς τὴν δωρεὰν τοῦ πλουσιωτάτου τὸν κλῆρον ἀφελέσθαι.* Haec verba *κατὰ δωρεάν, εἰς τὴν δωρεάν, εἰς τὸ γέρας*, quae saepe cum verbis *αἰτεῖν* vel *ἀξιοῦν* coniuncta invenimus, bene congruunt cum nostro »zum Geschenk verlangen«.

secrationem *γέρας* appellat. *τούτοις* (scil. puris hominibus) *γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀποθεώσεως ἀπόκειται γέρας.*

Denique *γέρας* aliam quoque notionem habet, quam sane iam antea invenimus. Nam cum privilegium, quocum officia coniuncta sunt, muneris vel magistratus loco accipitur, in ⟨Prisci Panitae⟩ frg. 20 Müller FHG IV 100 *ἡ Ἑῴα στρατοπεδαρχία*, quam rex Marcianus Ardaburio attribuit, *γέρας ἀριστειῶν* appellatur; cf. Malch. hist. frg. 18 Dindorf HGM I 416 *Ἀδαμάντιος δὲ τῶν τε τοῦ βασιλέως τιμῶν αὐτὸν ἀνεμίμνησκε καὶ ὅτι πατρίκιον καὶ στρατηγὸν ποιήσας, ἃ τοῖς πλεῖστα καμοῦσι παρὰ Ῥωμαίοις γέρα ἐστί, καὶ τῶν ἄλλων δωρεῶν καὶ πλούτου ἐνέπλησεν, ἀνθ᾽ ὧν ἔδει μηδέποτε πρὸς αὐτὸν ἄλλως πως ἢ πρὸς πατέρα φρονεῖν τε καὶ διατίθεσθαι*, ubi *γέρας* et *τιμή* de isdem honoribus vel muneribus et dignitatibus adhibentur, *δωρεαί* tamen dona significare manifestum est. Similiter etiam Libanius or. XII 9 (II p. 12 F) *τὸ στρατηγεῖν* et Procopius de bell. V 7, 14 *πρεσβείας ἀξίωμα* appellant *γέρας*.

Etiam ea quae deis ab hominibus tribuuntur dona et honores interdum *γέρα* invenimus appellata, quod eo videtur effectum esse quod vocis *γέρας* usus ad res sacras pertinens amplior est factus. Velut apud Lucianum Iupp. trag. 3 Iuppiter Iunoni hoc profitetur: *ἐν ἐσχάτοις, ὦ Ἥρα, τὰ θεῶν πράγματα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ἐπὶ ξυροῦ ἕστηκεν, εἴτε χρὴ τιμᾶσθαι ἡμᾶς ἔτι καὶ τὰ γέρα ἔχειν τἀν τῇ γῇ εἴτε καὶ ἠμελῆσθαι παντάπασι καὶ τὸ μηδὲν εἶναι δοκεῖν.* Ubi non modo illud *τιμᾶσθαι* Iuppiter putat magni esse momenti, sed etiam se aliosque deos valde desideraturos esse *γέρα*, i. e. sacrificia. cf. Pausan. Graec. descr. I 16, 7 *Διονύσῳ*

τε τιμὰς λέγουσιν ὑπὸ Ναρκαίου καὶ Φυσκόας δοθῆναι πρώτων. Φυσκόας μὲν δὴ γέρα καὶ ἄλλα καὶ χορὸς ἐπώνυμος παρὰ τῶν ἑκκαίδεκα γυναικῶν. Similiter Pausanias aliis locis *γέρας* adhibet (IV 30, 1; VIII 9, 7). Quod vero ib. V 4, 2 legimus *καὶ Δίῳ τε ἀπένειμε* (scil. *Ὄξυλος*) *γέρα καὶ ἥρωσι τοῖς τε ἄλλοις κατὰ τὰ ἀρχαῖα ἐφύλαξε τὰς τιμάς κτλ*, ea sacrificia[1]) quae heroibus Eleis offeruntur modo *γέρα* modo *τιμαί* appellantur[2]); simili notione duas voces ib. IV 3, 9 uno loco positas invenimus. Ib. VII 25, 12, ubi Paus. Homeri versum (Il. VIII 203) *οἱ δέ τοι εἰς Ἑλίκην τε καὶ Αἰγὰς δῶρ᾽ ἀνάγουσι* sic interpretatur: *δῆλον ὡς γέρα τοῦ Ποσειδῶνος ἐπ᾽ ἴσης ἔν τε Ἑλίκῃ καὶ ἐν ταῖς Αἰγαῖς ἔχοντος*, *δῶρα* et *γέρα* idem, i. e. sacrificia Neptuno tributa, significant. Eiusmodi ea quoque munera videntur esse, quae Plutarchus quaest. conv. VII 4, 4 (Mor. p. 703[d]) *γέρα τῆς διακονίας* appellat. Iam cf. Euagr. hist. eccl. V 7 (p. 434) *τὰ Χριστιανῶν πρεσβεύοντες, ἐπεὶ παρὰ Περσῶν κακῶς ἔπασχον καὶ μάλιστα περὶ τὴν οἰκείαν νόμισιν, ἐν παραβύστῳ ἐπρεσβεύοντο πρὸς Ἰουστῖνον ἱκετεύοντες κατήκοοι Ῥωμαίοις γενέσθαι, ὡς ἂν ἐπ᾽ ἀδείας δρῷεν τὰ εἰς θεὸν γέρα μηδενὸς αὐτοῖς ἐμποδὼν γιγνομένου.* Quorum *γερῶν* summa, si de rebus Christianis agitur, tamquam cultus dei sive religiones sunt. Porro Theodoret. Graec. affect. curat. VIII 11 (p. 199 Raeder) *ὑμᾶς δὲ οὐδὲ ταῦτα πείθει τὸν τούτων ὑμνῆσαι Θεόν, ἀλλὰ γελᾶτε καὶ κωμῳδεῖτε τὸ τούτοις παρὰ πάντων προσφερόμενον γέρας καὶ μύσος ὑπολαμβάνετε τὸ πελάζειν τοῖς τάφοις*[3]).

---

1) cf. Pausan. II 12, 5 et Hitzig-Blümner ad hunc locum (vol. I 2 p. 545).

2) cf. Frazer ad loc. (vol. III p. 467).

3) cf. ib. III 4 sq (p. 69 R); VIII 26 40 41 (p. 204 et 209 R).

Denique etiam apud posteriores scriptores interdum ea quae dei hominibus praebent voce *γέρας* significantur: cf. Philon. Alex. Quod deus sit immutabilis 45 (II p. 66 Cohn-Wendland) *ἐξαίρετον οὗτος* (scil. *ὁ ἄνθρωπος*) *τοίνυν γέρας ἔλαχε* (scil. a deo) *διάνοιαν κτλ.* Aliis quoque locis *γέρα* sunt beneficia quae dei benignitate praebent aut cunctis hominibus, velut *φωνὴν καὶ λόγον* (Phil. Alex. Quod deterius potiori insidiari soleat 92, I p. 279 C-W *μοῖρά τις ἐξαίρετον ἔσχε γέρας φωνὴν καὶ λόγον*) aut singulis hominibus piis ac bonis, qui et alia et *ἱερωσύνην* quasi *γέρας . . . ἐξαίρετον, οὐκ ἐπίγειον, ἀλλ' ὀλύμπιον κτῆμα* accipiunt (Phil. Alex. de plantatione 63, II. p. 146 C-W)[1]). Similiter apud Plutarchum Cim. et Lucull. comp. 1 legimus Platonem vituperasse *τοῖς εὖ βεβιωκόσι φάσκοντας ἀποκεῖσθαι γέρας ἐν Ἅιδου μέθην αἰώνιον.* Iam cf. Phil. Alex. Quod deus sit immutabilis 168 sq (II p. 91 C-W) et de ebrietate 16 (II p. 218 C-W), ubi voces *γέρας* et *τιμή* de simili re usurpantur. Praeterea cf. Euagr. hist. eccl. I 13 (p. 267) *ταύτῃ καὶ ὁ ἐκ σιδήρου πεποιημένος κλοιὸς παράκειται, μεθ' οὗ τὸ πολυύμνητον διαθλεῦσαν σῶμα τῶν ἐκ θεῶν γερῶν μεταδέδωκεν.*

Sed iam quaeramus, quomodo scriptores Christiani voce *γέρας* utantur. Apud quos *γέρας* simili notione atque antea adhibetur.

Potestatem vel imperium *γέρας* significat nonnullis Eudociae locis (de S. Cypriano I 131 175 322),

[1]) cf. praeterea Phil. Alex. de confusione linguarum 30 (II p. 235 C-W); de ebrietate 65 (II p. 181 sq C-W); Plotin. ennead. III 3, 6 (I p. 258 Volkmann).

ubi humanae res ad divinas translatae sunt: cf. velut 320 sqq

πολλοὺς δ' ἐκσώσας δυσπειθέας αἰσυλοθρήσκους,
παρφάμενος Χριστὸν ποθέειν μογέων ἐκόμιζεν
εἰς ἀγέλην μεδέοντος, ὅς ἀεὶ ἔχει γέρας. ἀμήν.

Aliis locis *γέρας* in universum honor est, velut apud Clementem Alexandrinum strom. IV 37, 1 (II p. 264 Staehlin) *ἐργάσονται μὲν οὖν κατὰ τὰς μονὰς τὰς ἀναλόγους ὧν κατηξιώθησαν γερῶν, συνεργοὶ τῆς ἀρρήτου οἰκονομίας καὶ λειτουργίας,* Euseb. hist. eccl. I 3, 4 *Ἰησοῦν αὐτὸς* (scil. Moses) *ἀναγορεύει, γέρας ὥσπερ τίμιον παντὸς πολὺ μεῖζον βασιλικοῦ διαδήματος τοὔνομα αὐτῷ δωρούμενος κτλ,* ubi *τίμιον* additum videtur esse propterea, quod in sola voce *γέρας* vis honorandi aliquanto obsolefacta est[1]).

Deinde *γέρας* interdum significat sacrificia, quae homines deis offerunt, velut Clem. Alex. protrept. 56, 3 (I p. 44 St); similiter etiam alii vocem *γέρας* adhibent.

Imprimis vero Christiani ea vocis *γέρας* notione usi sunt, quae est beneficium a deis acceptum; significat enim *γέρας* apud eos etiam Dei beneficia vel gratias sola mente percipienda, quae voce magis propria *χαρίσματα* interdum appellantur[2]). Hac notione *γέρας* legitur Orig. expos. in Proverbia III (30), v. 33 (Migne Patr. Gr. XVII p. 169[c]) *ἄγνοια Κυρίου ἐν οἴκοις ἀσεβῶν, γνῶσις δὲ Θεοῦ ἐν ψυχαῖς δικαίων· ἐπαύλεις δικαίων εὐλογοῦνται, ὅταν*

[1]) Omnino magis magisque adiectiva, imprimis *ἐξαίρετος*, cum voce *γέρας* coniuncta legimus, ut huic voci pristina vis ac gravitas reddatur: cf. Euseb. hist. eccl. I 10, 7 *γέρας ἐξαίρετον.*

[2]) Velut Orig. sel. in Psalmos, ad 67, 16 (Migne Patr. Gr. XII p. 1508[d]); cf. NT Rom. I 11 *ἐπιποθῶ γὰρ ἰδεῖν ὑμᾶς, ἵνα τι μεταδῶ χάρισμα ὑμῖν πνευματικὸν εἰς τὸ στηριχθῆναι ὑμᾶς.*

ὁ Χριστὸς ἀπονέμῃ τὰ γέρα ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτῶν. Similiter tribus aliis Origenis locis[1]) nec non apud alios scriptores ecclesiasticos γέρας talem ducit significationem. Accedunt nonnulla Clementis Alexandrini et Eusebii exempla: Clem. Alex. paed. I 95, 2 (I p. 146 St)[2]) ταῦτα ὑποτύπωσιν Χριστιανῶν περιέχει πολιτείας καὶ προτροπήν, ἀξιόλογον εἰς μακάριον βίον, γέρας εὐζωΐας, ζωὴν αἰώνιον. Eiusmodi γέρα sola mente ac cogitatione comprehendenda etiam Eusebius praep. ev. VII 8, 27 commemorat, ubi θεοπτίαν quoque (i. e. spectationem Dei) γέρας appellari ex verborum contextu apparet.

Restat, ut consideremus qui vocis γέρας usus fuerit in titulis soluta oratione conscriptis. Quibus in titulis una potissimum exstat notio. Quae quamquam iam apud Homerum (Od. IV 66) et apud Xenophontem (Lac. resp. XV 3)[3]) invenitur, tamen amplificata et admodum mutata maxime in his titulis nobis occurrit; γέρας enim ea significat emolumenta, quae in sacrificiis faciendis hominum consuetudine sacerdotibus dabantur[4]): cf. Dittenberger, Sylloge[2] 533,47 sqq παριστανέτωσαν δὲ καὶ οἱ οἰκονόμοι οἱ ἐν

[1]) Libell. de orat. 24, 2 (II 2, p. 354, 17 Koetschau); contra Cels. I 7 (II 1, p. 60, 4 K); VI 55 (II 2, p. 126, 14 K); comment. in Matth. tom. XVII 67 (Migne XIII p. 1585).

[2]) cf. Clem. Alex. strom. VII 10, 1 (III p. 8 St); VII 56, 4 (III p. 41 St); Quis dives salvetur 1, 1 sq (III p. 159 St).

[3]) cf. Herod. VI 56 τῶν δὲ θυομένων ἁπάντων τὰ δέρματά τε καὶ τὰ νῶτα λαμβάνειν σφέας (scil. reges Lacedaemoniorum).

[4]) Haec emolumenta etiam magis propria voce ἱερώσυνα significantur (Dittenberger, Syll. 439, 5); cf. infra p. 75. v. etiam Stengel, Kultusaltertümer[2] p. 38 et Herm. XXXI (1896) p. 640 sqq, Opferbräuche p. 87 sqq; cf. etiam Puttkammer, Quo modo Graeci victimarum carnes distribuerint, Regim. 1912, p. 2 sqq; 13, 6; 39, 7.

τῶι μηνὶ τῶι Ἀρτεμισιῶνι τῆι δωδεκάτηι ἱερεῖα τρία, [ἃ] θύσουσιν τῶι τε Διὶ τῶι Σωσιπόλει καὶ τῆι Ἀρτέμιδι [τ]ῆι Λευκοφρυηνῆι καὶ τῶι Ἀπόλλωνι τῶι Πυθίωι, τῶι μὲν [Διὶ] κριὸν ὡς κάλλιστον, τῆι δὲ Ἀρτέμιδι αἶγα, τῶι δὲ Ἀπόλλ[ω]νι ἀττηγόν, . . .; 53 sq λαμβάνειν δὲ τὰ γέρα τὰ [ε]ἰθισμέν[α] τοὺς ἱερεῖς τῶν θεῶν τούτων. Haec γέρα cum in aliis τραπεζώμασι (cf. Dittenberger, Syll. 592, 13 sqq) tum in σκέλει δεξιῷ et δέρματι constant: cf. velut Dittenberger, Syll. 592, 13 sqq λαμβάνειν δὲ καὶ γέρα τῶν θυομένων ἱερείων ἐν τῶι ἱερῶι πάντων, σκέλος δεξιὸν καὶ τὰ δέρματα καὶ τἆλλα τραπεζώματα παρὰ τὰ παρατιθέμενα; ib. 566, 22 sqq; 616, 20 sqq et 47; 617, 2 20. Aliae quoque hostiarum partes tamquam γέρη percipiuntur, velut κωλέα et γλῶσσα (Dittenberger, Syll. 604, 5 sq; 627, 1 5 9), οὔατα (ib. 616, 62)[1]).

Interdum eiusmodi γέρας sacerdotibus tribuendum non modo in victimarum carnibus, sed etiam in pecunia constat: cf. BCH XXXVII (1913) p. 225 n. 31, 4 sqq titulum in insula Chio repertum τῶι ἱερέωι γίνεσθαι σπλάγχνα τὰ ἐς γόνατα, καὶ γλάσσαι καὶ γέρας, ubi editores γέρας recte sic explicant (ib. p. 227): »Dans les textes où l' attribution n'en est pas faite à la divinité ni au prêtre, il semble que le γέρας puisse être une somme d' argent qui représente la valeur de la portion de victime« (ib. p. 195, n. 20, 10 sqq ἢν δὲ ἡ πόλις ποιῆι δ[εῖ]πνον, ἡμίεκτον χρυσõ δέ[χεσ]θαι;

[1]) cf. etiam IG II 1, n. 442, 5; IG II 5, n. 633b, 10; Wiegand, VI. vorläuf. Bericht über die Ausgrab. v. Milet u. Didyma, Abh. d. Berl. Ak. 1908, Anhang, p. 22 sq. Emolumentum propter sacerdotii honorem tribui legimus Dittenberger, Orientis Graeci inscr. sel. 383, 152 (saec. fere I. a. Ch. med.) αὐτὸς μὲν ὡς ἔθος ἱερωσύνης τιμῆι γέρας ἐξαιρούμενος κτλ; v. Puttkammer l. l. p. 3, 2.

cf. p. 201). Similiter Dittenberger de *γέρασι* censuit ad Syll. n. 591, 10 sqq: »Voce *γέρα* hic, ut saepe apud Coos atque alibi, emolumenta quae sacerdotes ex sacrificio percipiunt (*ἱερώσυνα*) significantur. Quae cum ex partibus victimae constent, tamen hic permittitur eis quae volunt mulieribus pro eis pecuniam dare« [1]). Cf. praeterea Herwerden, Lex. Gr. suppl. et dial.[2] I 318.

Iam pauca dicam de nonnullis adiectivis, quae a voce *γέρας* ducta sunt:

ἀγέραστος

Adiectivum *ἀγέραστος*, quod significat »non donatus, praemio carens, munere carens«, primum iam Hom. Il. I 119 invenimus, deinde Hes. theog. 395, ubi *ἄτιμος* additur. Posterioribus temporibus *ἀγέραστος* etiam de rebus adhibitum significat »honoris expers«, cf. Eur. Bacch. 1378

ἀγέραστον ὄνομ᾽ ἔχων ἐν Θήβαις.

Aliis locis de personis dicitur, ubi significat »non donatus«: cf. Nonn. dionys. XXIV 268

καὶ φλογερὴν ἀγέραστος Ἔρως ἀνελύσατο νευρήν,

Theodoret. Graec. affect. cur. VIII 57, p. 214 Raeder, ubi haec de Socrate: *ἀλλὰ καὶ σοφὸν γενόμενον καὶ ἀνδρεῖον, ἀγέραστον εἴασαν* (sc. *οἱ τῶν ἐκείνου λόγων μετειληχότες*).

---

1) Non recte igitur Stengel, Kultusalt.[2] 38 adn. 4 dicit: »*γέρη* bezeichnet nur Fleischteile, *ἱερώσυνα* begreift auch andre Emolumente ein, namentlich Geld«.

Nec non ad sacrificia interdum respicit: cf. Eur. Hec. 114 sq

ποῖ δή, Δαναοί, τὸν ἐμὸν τύμβον
στέλλεσθ᾽ ἀγέραστον ἀφέντες;

Similiter apud Lucianum Iuppiter trag. (18) haec dicit: *ἄθυτα καὶ ἀγέραστα καὶ ἀτίμητα ἡμῖν ἔσται τὰ ἐκ γῆς καὶ μάτην ἐν οὐρανῷ καθεδούμεθα λιμῷ ἐχόμενοι, ἑορτῶν ἐκείνων καὶ πανηγύρεων καὶ ἀγώνων καὶ θυσιῶν καὶ παννυχίδων καὶ πομπῶν στερόμενοι.*

γερασφόρος

Adiectivum *γερασφόρος*, quod valet »praemium ferens«, semel, quantum video, apud Pindarum legitur; cf. Pyth. II 42 sqq

ἄνευ οἱ Χαρίτων τέκεν
γόνον ὑπερφίαλον
μόνα καὶ μόνον οὔτ᾽ ἐν ἀν-
δράσι γερασφόρον οὔτ᾽ ἐν θεῶν νόμοις.

Quo loco poeta videtur cogitare de praemio, quod certaminibus factis tribuebatur eis qui vicerant; quae in Pindari praecipue usum quadrare apparet (cf. supra p. 22 sq).

Nec non ad sacerdotum emolumenta pertinet *γερεαφόρος*: cf. Dittenberger, Syll. 612, 22 *θύ[ει δὲ γ]ερεαφόρος βασιλέων κτλ* et BCH XII (1888) p. 282, n. 7, 3 *καὶ τοῦ γερηφόρου Αὐρ[ηλίου] Δημοκρίτου τοῦ β΄.*

In alia eiusdem stirpis adiectiva, quippe quorum ex usu non multum discimus, subtilius non inquisivi.

De **γεραρός** (»honorandus, venerandus, augustus«) et **γεράσμιος** (imprimis »honore vel praemio dignus«, »honoratus«) cf. Osthoff, Idg. Forsch. XIX (1906) p. 229 sqq.

Alia num coniungenda sint cum voce *γέρας* non constat, velut *ἀγέρωχος*, quod antiqui grammatici voce *γεράοχος* interpretantur ab ipsis ficta. Legitur Hom. Il. II 654; X 430, deinde etiam apud Eunap. Sardian. frg. 70 Müller FHG IV 44 et Agath. hist. II 26 Dindorf HGM II 224, 28; cf. etiam Phrynichi praep. soph. frg. 58, p. 140, 18 de Borries.

A voce *γέρας* ductum est etiam verbum

γεραίρειν

quod valere apparet »praemio honorario (*γέρας*) donare, honoris causa ornare, honorare«. Invenitur universa eius ornandi notio velut Hom. Od. XIV 441 *ἀγαθοῖσι γεραίρεις*; aliis locis respicit ad emolumenta, i. e. ad eas peculiares victimarum partes, quae epulis comparatis principibus tribuuntur[1]): cf. Hom. Od. XIV 437

νώτοισιν δ' Ὀδυσῆα διηνεκέεσσι γέραιρεν,

Il. VII 321

νώτοισιν δ' Αἴαντα διηνεκέεσσι γέραιρεν.

Hunc verbi usum etiam apud Quint. Smyrn. posthom. IX 486 sqq invenimus

καί τότ' ἄρ' ἐς κλισίην Ἀγαμέμνονος ἀφνειοῖο
πάντες ὁμῶς οἱ ἄριστοι ἄγον Ποιάντιον υἷα
καί μιν κυδαίνοντες ἐπ' εἰλαπίνῃσι γέραιρεν.

[1]) cf. Hom. Od. IV 65, supra p. 3.

Sed nonnullis Nonni locis amplior notio honorandi exstat: velut Nonn. dionys. XIX 110 sq

καὶ Βότρυς ἀνέδραμεν, εὐάδι φωνῇ
ἁρμονίην εὔρυθμον ἀοιδοπόλοιο γεραίρων;

similiter ib. XXVII 259 282; XXXIX 144 167; cf. etiam Eustath. Icon. epigr., A. P. app. IV 116 *γ'*

αἴνει (scil. Dominum) *πρὸ δείπνου, καὶ μετὰ βρῶσιν πάλιν,*
εὐχαῖς ἀεὶ γέραιρε τὸν σὸν Δεσπότην.

Nec non apud alios »honorare« significat: cf. Eur. Electr. 712

χοροὶ δ' Ἀτρειδᾶν ἐγέραιρον οἴκους,

Eur. Suppl. 553

πρός τε γὰρ τοῦ δυστυχοῦς,
ὡς εὐμενὴς ᾖ, τίμιος γεραίρεται (scil. deus),

Aristoph. Thesm. 961

γένος Ὀλυμπίων θεῶν μέλπε καὶ γέραιρε φωνῇ,

Sironis frg. Hiller-Crusius, Anth. lyr. p. 302[1])

ἐξόχως δ' εὐγενέτας ἡλιόμορφος
ζαθέοις ἄρχων σε τιμαῖσι γεραίρει,

Pind. Ol. V 10

βωμοὺς ἓξ διδύμους ἐγέραρεν ἑορταῖς θεῶν μεγίσταις κτλ.

In oratione soluta imprimis universam ornandi notionem invenimus; cf. Xenophon cyrop. VIII 1, 39 *τούτους καὶ δώροις καὶ ἀρχαῖς καὶ ἕδραις καὶ πάσαις τιμαῖς ἐγέραιρεν*; cf. ib. VIII 8, 4 *οἱ ταῖς μεγίσταις τιμαῖς γεραιρόμενοι*, et Xen. hell. I 7, 33 *στεφάνοις γεραίρειν τοὺς νικῶντας*. Similiter Plu-

[1]) Hoc fragmentum apud Athen. XII 542e traditum Castorionis (frg. 1) esse Leopardi coniecturam secutus censuit Bergk PLG ed. 3. iter. (1914) III 634.

tarchus Rom. 19 καὶ δόρατι τοὺς ἐν πολέμοις ἀριστεύοντας γεραίρειν. cf. etiam Agath. hist. V 12 Dindorf HGM II 368 τοίγαρτοι βασιλεὺς ἔστεργέ τε αὐτὸν καὶ ἐγέραιρε καὶ δώροις θαμὰ ἐφιλοφρονεῖτο.

Deinde γεραίρειν etiam ad deos pertinet: velut apud Philon. Alex. de sacrif. Abelis et Caini 117 (I p. 249 C-W) ἀπαρχαῖς καὶ τιμαῖς γεραίρωμεν τὸ θεῖον; cf. Lucian. Iupp. confut. 11 προσόδοις καὶ θυσίαις γεραίροντες, Liban. or. V 29 (II 1 p. 313 F) Ἀθηναῖοι δὲ καὶ μηνὸς ὀνόματι γεραίρουσι τὴν θεὸν (scil. Ἀρτέμιδα), Nicolaum Damasc. vit. Caes. 1 Dindorf HGM I 93 ναοῖς τε καὶ θυσίαις γεραίρουσι (scil. divum Caesarem).

Iam quaeramus de eis vocabulis, quae variis notionibus nonnunquam ad vocis γέρας usum accedunt, i. e. de synonymis. Qua in re rursus nos carmina et orationem solutam discernere necesse est. Nam synonyma hic et illic non eadem adhibentur ratione et alias ob causas et propterea quod γέρας non sermonis est cotidiani, sed altioris poetarum generis.

δῶρον

Vocem δῶρον, quam latissime patere apparet, universa notione doni iam apud Homerum persaepe invenimus, nonnullis vero locis pro γέρας positam, praesertim cum etiam in voce γέρας notio honorandi ornandique nonnunquam adeo obsoleverit, ut vix sen-

tiatur[1]). Itaque poeta nonnullis locis γέρας et δῶρον promiscue adhibuit, velut Od. I 311 sqq, ubi ut donum accuratius circumscribat τιμῆεν adicit, sed Il. I 213 et IX 121 τιμῆεν omittit.

Etiam in oratione soluta δῶρον nonnunquam idem fere est ac γέρας, velut Liban. or. XI 121 (I p. 475 F) καὶ τοῖς τοῦ πολέμου δώροις[2]) ἡ πόλις ἐκοσμεῖτο.

Donum deis tribuitur velut in Cornuti theol. Graec. compend. 18 (p. 18, 21 Lang) ἡ δ' ἐλαία δῶρον αὐτῇ (scil. τῇ Ἀθηνᾷ) διά τε τὸ θάλλειν καὶ διὰ τὸ γλαυκωπόν τι ἔχειν, ubi notio privilegii simul inest. Quae notio privilegii aliis quoque exemplis intellegitur, ubi δῶρον a deis praebetur hominibus: cf. velut Clem. Alex. strom. II 126, 1 (II p. 181 St) σωφροσύνη δῶρον θεοῦ τὸ μέγιστον.

Accedunt ea exempla, in quibus γέρας et δῶρον promiscue adhibentur: cf. supra pp. 8 sq 15, 1 22 33.

δωρεά

Vox δωρεά, quae apud Homerum Hesiodum alios vetustiores poetas et epicos et lyricos nondum invenitur, primum, quantum video, saeculo a. Ch. V. apud poetas tragicos nobis occurrit: Aesch. Prom. 338 et 616 gratiam significat, Soph. Ai. 1029 sqq gladium ab Hectore Aiaci donatum.

In oratione soluta δωρεά universa notione doni saepius adhibetur: cf. Herod. III 130; V 23; IG II 1

[1]) v. supra p. 4 et 57.

[2]) cf. Nonn. dionys. XXXVI 437 πολέμου γέρας alia (supra p. 8 sq).

add. 1ᵇ, 23; II 5 suppl. 1ᵇ, 33. Itaque fortasse non sine aliqua causa conicere possumus vocem *δωρεά* in oratione soluta natam esse, ita ut casu ac fortuito primum nobis occurrat apud poetas tragicos, qui nescio an ex Ionum lingua[1]) eam petiverint. Praeter notionem universam, quam velut apud Herodotum invenimus[2]), nonnunquam ad vocis *γέρας* usum accedit; quod factum videtur esse inde a saeculo a. Ch. IV., quo vox *γέρας* coepit obsolescere. Itaque *δωρεά* a scriptoribus, qui *γέρας* paene neglegunt, saepe usurpatur, praesertim cum *γέρας* in poetarum potissimum consuetudine fuerit. Apud Xenophontem (Hier. XI 12) et alios scriptores (Lys. or. VII 4; XXI 11; Aeschin. or. II 80; III 182) voce *δωρεά* significantur et alia et ea dona honoraria, quae a republica vel a populo viris praeclaris tribuuntur. Maxime enim his temporibus, i. e. saec. fere a. Ch. IV., magistratibus munere probe functis et bene meritis aliisque viris praeclaris et pretiosas coronas aureas et magnas pecunias aliaque dona honorandi ornandique causa senatus consulto ac populi iussu tributa esse monumenta docent[3]). Eiusmodi notionem vocis *δωρεά* praecipue in compluribus huius saeculi titulis invenimus, velut

[1]) cf. A. Thumb, Handbuch der griech. Dialekte p. 369 sq.

[2]) Philostratus maior, qui vit. soph. IV 256 (II p. 93 Kayser) hoc statuit discrimen inter *δωρεά* et *δῶρον*: *καλῶ δὲ δωρεὰς μὲν τάς τε σιτήσεις καὶ τὰς προεδρίας καὶ τὰς ἀτελείας καὶ τὸ ἱερᾶσθαι καὶ ὅσα ἄλλα λαμπρίνει ἄνδρας, δῶρα δὲ χρυσὸν ἄργυρον ἵππους ἀνδράποδα καὶ ὅσα ἑρμηνεύει πλοῦτον κτλ* cum ceteris scriptoribus non consentit, immo sententia futilis ac commenticia illius propria videtur esse.

[3]) Demosth. or. ⟨XVIII 53⟩; XX 5; cf. Schoemann-Lipsius Griech. Altert.[4] I 483.

in titulo anni 343/2 a. Ch. IG II 1, n. 114 B, 10 sqq *τύχῃ ἀγαθῇ ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ . . . ἐπαινέσαι αὐτὸν καὶ στεφανῶσαι χρυ[σῷ στε]φάνῳ ἀπὸ φ'*[1]) *δραχμῶν ἐπεὶ τὰς εὐθύνας δῷ· ὅπ[ως] δ' ἂν ποηθῇ ὁ στέφανος καὶ ᾖ φανερὰ ἡ δωρεὰ ἡ πα[ρὰ τῆς βουλῆ]ς, ἑλέσθαι πέντε ἄνδρας τὴν βουλήν κτλ.* Ad aliam autem notionem *δωρεά* respicit Isocr. or. IV 1, ubi certaminum praemia *δωρεαί* appellantur *πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐτυχίας οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν κτλ.* cf. etiam Isocr. or. XVI 49. Saepe *δωρεά* simili ratione adhibetur ac *γέρας* notionibus permixtis, imprimis apud Demosthenem, qui velut or. XVIII 293 haec dicit *ἐπεὶ ἔμοιγ' εἰ τοῦτο δοθείη παρ' ὑμῶν, δι' ἐμ' ὑμᾶς ἠναντιῶσθαι τῇ κατὰ τῶν Ἑλλήνων ἀρχῇ πραττομένῃ, μείζων ἂν δοθείη δωρεὰ συμπασῶν ὧν τοῖς ἄλλοις δεδώκατε.* Voce *δωρέα* igitur videtur significari ornamentum vel honor, vernacula lingua fere »Auszeichnung«[2]). Sed in Platonis epist. VIII p. 353ᶜ *εἰ δέ τι τὸν μετέπειτα χρόνον ἡ τυραννὶς οὐκ ὀρθῶς τῇ τῆς πόλεως δωρεᾷ κατακέχρηται, τούτων δίκας τὰς μὲν ἔχει, τὰς δὲ τινέτω* apparet *δωρεάν* munus esse. Hanc notionem *δωρεά* mea quidem sententia saeculo a. Ch. IV. nancta est.

Posterioribus temporibus *δωρεά*[3]) cum apud scriptores orationis solutae tum in titulis invenitur, ubi

[1]) In inscriptione ipsa epigraphicum exstat signum e *Π* et *Η* litteris compositum.

[2]) cf. Demosth. or. XXII 18; XXIII 185 et Dittenberger, Orientis Graeci inscr. sel. 10, 19.

[3]) Interdum *καθήκουσα* addito; cf. IG II 1, n. 465, 47 *τιμῶντες ταῖς [καθη]κο[ύσαις] δωρεαῖς.*

vocis *γέρας* locum videtur explere maxime ea notione quae praemia et honores vel privilegia simul complectitur: velut in titulo anni fere 274 aut 270 a. Ch.[1]) (IG II 1, n. 331) honores ac praemia, velut *στεφάνωσις, προεδρίαι, σίτησις ἐν πρυτανείῳ* alia, quae Phaedro a senatu populoque constituta sunt, voce *δωρεά* significantur; cf. tabulam marmoream anni fere 287/6 a. Ch. (IG II 1, n. 309, 16 sqq) . . . *ἐψηφίσ]θα[ι] τῇ βουλῇ τού[ς προέδρους οἳ ἂν λάχωσιν ἐ]ν [τῶ]ι δήμῳ προεδρ[εύειν ὅταν αἱ ἡμέραι ἐξήκωσ]ιν [α]ἱ ἐκ τοῦ νόμου χρη[ματίσαι περὶ πολιτείας* (?) *τῆ]ς δω[ρ]εᾶς, γνώμην δὲ [συμβάλλεσθαι τῆς βουλῆς εἰ]ς τὸ[ν] δῆμον ὅτι δοκεῖ* et ib. 29 sqq *το[ὺς δὲ πρυτάνεις οἱ ἂν τυγ]χάνωσιν πρυτανεύοντ[ες δοῦναι τὸν ψῆφον περὶ τῆ]ς δωρεᾶς ἐπειδὰν ἐπικυ[ρωθῇ, εἰσαγαγεῖν δὲ τὴν δ]οκιμασίαν τοὺς θεσμ[οθέτας εἰς τὸ πρῶτον δικαστ]ήριον κατὰ τοὺς νόμο[υς κτλ*; praeterea IG II 7, n. 40.

Similia apud scriptores qui post Christum natum vixerunt: velut Ioseph. bell. Iud. I 231 *καὶ ἐπειδὴ Λαοδίκειαν ἑλόντος αὐτοῦ συνῆσαν οἱ πανταχόθεν δυνατοὶ δωρεάς τε καὶ στεφάνους φέροντες κτλ.* cf. ib. XI 168 et Dittenberger, Or. Gr. inscr. sel. 503, 9. Per ironiam *δωρεά* adhibetur velut apud Lucianum catapl. 14, ubi Micyllus ad Clotho haec: *ἄκουσον, ὦ βελτίστη Μοιρῶν· οὐ πάνυ με ἡ τοῦ Κύκλωπος εὐφραίνει δωρεά, τὸ ὑπισχνεῖσθαι ὅτι πύματον ἐγὼ τὸν Οὖτιν κατέδομαι*; hoc promissum et Eur. Cycl. 551 et Plut. quaest. conv. VIII 8, 3 (Mor. p. 729^d) *γέρας* appellatur[2]). Itaque non

[1]) v. Dittenberger, Attische Archonten, Herm. II (1867) p. 301 sqq.

[2]) cf. supra p. 28 47.

multum abest, quod Libanius decl. XIV 15 (VI p. 95 sq F) illud *ταχέως ἀφανισθῆναι τὸν νεκρόν*, i. e. ut mortuus statim e conspectu removeatur, a Callaeschro *δωρεά*, i. e. privilegium, appellatur aliis praemiis et ornamentis denegatis; cf. eiusdem Libanii or. I 80 (I p. 122 sq F) *καὶ βασιλεὺς συνησθεὶς τῇ πόλει τοιαῦτα ψηφιζομένῃ μυρίαις με κατακοσμεῖ δωρεαῖς, ὧν αἱ μὲν ἀξίωσιν, αἱ δὲ πρόσοδον ἔφερον.*

δώρημα

Vox *δώρημα* quinto demum a. Ch. saeculo nobis occurrit. Simili notione qua *γέρας* nonnunquam adhibetur apud tragicos: velut Aesch. Agam. 954 sq, ubi de Cassandra, Agamemnonis praemio honorario, haec legimus

αὕτη δὲ πολλῶν χρημάτων ἐξαίρετον
ἄνθος, στρατοῦ δώρημ', ἐμοὶ ξυνέσπετο.

Significat igitur praemium, quod ex praeda quasi peculiaris pars sumitur et praeclaro viro tribuitur[1]).

In oratione soluta *δώρημα* non saepe legitur[2]). Notio privilegii simul inest velut Aristot. ethic. Nic. I 10, p. 1099^b 11 sq *εἰ μὲν οὖν καὶ ἄλλο τί ἐστιν θεῶν δώρημα ἀνθρώποις, εὔλογον καὶ τὴν εὐδαιμονίαν θεόσδοτον εἶναι κτλ* et ⟨Aristeae⟩ ad Phil. epist. 276, p. 74 Wendland *τὸ δὲ νοῦν ἔχειν ὀξὺν καὶ δύνασθαι κρίνειν ἕκαστα θεοῦ δώρημα καλόν ἐστιν.*

[1]) In universum donum significat velut Soph. Ai. 662.

[2]) Vocem *δώρημα* altioris esse generis dicendi recte censuit I. D. Rogers, The language of Aeschylus compared with the Attic Inscriptions, New York 1894, p. 37.

δωτίνη

Vox *δωτίνη* iam apud Homerum obvia interdum ea exstat notione, quae a voce *γέρας* non multum abest, velut Hom. Il. IX 155 (= ib. 297), ubi Agamemno de septem urbibus, quas Achilli donaturus est, haec dicit:

ἐν δ' ἄνδρες ναίουσι πολύρρηνες, πολυβοῦται,
οἵ κέ ἑ δωτίνῃσι θεὸν ὣς τιμήσουσι κτλ.

Ceterum *δωτίνη* non saepe adhibetur; donum significat apud Herodotum I 61 69, sed ad vocis *γέρας* usum vix propius accedit; cf. Lycophr. Alex. 959 et Apollon. Rhod. argon. I 89.

δόσις

Vox *δόσις* persaepe invenitur inde ex Homeri temporibus. Iam si consideramus, qua ratione haec vox in litteris adhibeatur, eam cum universe donum (cf. Aesch. Eum. 7; Liban. or. V 33 [I 1 p. 314 F]) tum ipsam dandi actionem (Herod. I 61; Clem. Alex. paed. II 72, 1 [I p. 201 St]) significare intellegimus. Interdum propius ad vocis *γέρας* usum accedit: cf. Ioseph. ant. Iud. I 181 (I p. 44 Niese) *Ἀβράμου δὲ διδόντος καὶ τὴν δεκάτην τῆς λείας αὐτῷ* (scil. regi Sodomitarum), *προσδέχεται τὴν δόσιν*, ubi vocibus *τὴν δεκάτην τῆς λείας* respici videntur illae praedae partes, quae quasi praemia tribuuntur.

τιμή

Notio ornandi vel honorandi, quae voci *γέρας* inest, praecipue exprimitur voce *τιμή*. Cuius invenimus universam notionem honoris vel aestimationis et notionem voci *γέρας* similem. Quod ex carminibus et ex solutae orationis litteris apparet: velut Hom. Il. VI 191 sqq honores et privilegia cum honoribus coniuncta voce *τιμή* significantur, quae hoc loco accuratius circumscribitur adiectivo *βασιληΐς*

ἀλλ' ὅτε δὴ γίνωσκε θεοῦ γόνον ἠΰν ἐόντα,
αὐτοῦ μιν κατέρυκε, δίδου δ' ὅ γε θυγατέρα ἥν,
δῶκε δέ οἱ τιμῆς βασιληΐδος ἥμισυ πάσης[1]).

In verborum contextu minus ambiguo etiam sola vox *τιμή* et dignitatem vel munus significat (Od. I 117) et ipsum honorem (Il. I 279; Od. I 392). Homerum sequitur Apollonius Rhodius, qui argon. III 376 Aeetae dignitatem regiam *τιμὴν βασιληΐδα* appellat, sed ib. III 596 eadem fere notione solam vocem *τιμή* de munere adhibet[2]).

Iam cf. Empedocl. frg. XVII 27 sqq[3])

ταῦτα (scil. elementa) *γὰρ ἶσά τε πάντα καὶ ἥλικα* [*γένναν ἔασι,*
τιμῆς δ' ἄλλης ἄλλο μέδει, περὶ δ' ἦθος ἑκάστωι
ἐν δὲ μέρει κρατέουσι περιπλομένοιο χρόνοιο,

ubi munera vel potestates voce *τιμή* significari apparet. Deinde vocem *τιμή* de maiorum honoribus[4]) adhibitam invenimus velut Aristoph. Av. 539 sqq

---

[1]) cf. R. Schultz, *Αἰδώς*, diss. Rostochii 1900, p. 12.

[2]) Aesch. Eum. 209 de Eumenidum munere haec
τίς ἥδε τιμή; κόμπασον γέρας καλόν. v. supra p. 30.

[3]) Diels, Fragm. d. Vors. I p. 179, qui recte vocem *τιμή* sic interpretatur: »Jedes von ihnen (scil. den Elementen) hat ein verschiedenes Amt«.

[4]) cf. ib. vv. 504 sqq, imprimis 516–520.

πολὺ δὴ πολὺ δὴ χαλεπωτάτους λόγους
ἤνεγκας, ἄνθρωφ᾽· ὡς ἐδάκρυσά γ᾽ ἐμῶν
πατέρων κάκην, οἵ
τάσδε τὰς τιμὰς προγόνων παραδόντων,
ἐπ᾽ ἐμοῦ κατέλυσαν.

Ita factum est, ut compluribus locis *τιμή* et *γέρας* coniuncta legamus nescio an cumulandi causa[1]).

In oratione soluta posteriorum temporum, quibus *γέρας* usu tritum videtur fuisse, *τιμή* saepius ut synonymum adhibetur; munus vel magistratum significat velut Aristot. politic. I 7 p. 1255^b 34 sqq *ἃ γὰρ τὸν δοῦλον ἐπίστασθαι δεῖ ποιεῖν, ἐκεῖνον* (scil. custodem servorum) *δεῖ ἐπίστασθαι ἐπιτάττειν. διὸ ὅσοις ἐξουσία μὴ αὐτοὺς κακοπαθεῖν, ἐπίτροπος λαμβάνει ταύτην τὴν τιμήν, αὐτοὶ δὲ πολιτεύονται ἢ φιλοσοφοῦσιν* (cf. ib. VI 8 p. 1322^b 26 sqq de sacerdotio); cf. Liban. or. XIV 47 (II p. 104 sq F) *δεῖ δή τινος τιμῆς, ἐξ ἧς ἀτέλειαν χρόνον τινὰ καρπωσάμενος ἤδη μετὰ ῥώμης εἰς τὸ λειτουργεῖν ἀφίξεται*, ubi Libanius rogat, ut Aristophani Corinthio munus vel magistratus (cf. p. 105, 24 sqq) tribuatur, qui privilegium immunitatis (*ἀτέλεια*) praebeat. Similia apud Zosimum hist. I 39, 1; II 55, 2.

Similem notionem *τιμή* (et *γέρας*) habet apud Ioseph. ant. Iud. XX 66 (IV p. 287 Niese) *καὶ Ἀρτάβανος οὕτω διὰ Ἰζάτου πάλιν εἰς τὴν ἀρχὴν καθίσταται πρότερον αὐτῆς ἐκπεσὼν διὰ τοὺς μεγιστᾶνας. οὐκ ἐγένετο μὴν ἀμνήμων τῶν εἰς αὐτὸν εὐεργεσιῶν, ἀλλ᾽ ἀντιδωρεῖται τὸν Ἰζάτην ταῖς μεγίσταις τιμαῖς παρ᾽ αὐτοῖς. τήν τε γὰρ*

[1]) v. supra p. 48 50 51.

τιάραν ὀρθὴν ἐπέτρεψεν αὐτῷ φορεῖν καὶ ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθεύδειν ἅπερ μόνων ἐστὶ γέρα καὶ σημεῖα τῶν Πάρθων βασιλέων. τιμή enim et *γέρας* de eisdem adhibentur ornamentis, quae accipiuntur quasi iura praecipua. Cum Iosephi loco compares Dion. Cass. LXXVIII 13, 1 *καίτοι μὴ ἐθελήσας δεύτερον δὴ τῷ ἐπιόντι ἔτει ὑπατεύειν δόξαι ὅτι τὰς τῶν ὑπατευκότων τιμὰς ἐσχήκοι, ὅπερ ἐπὶ τοῦ Σεουήρου ἀρξάμενον καὶ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ἐπεποιήκει.*

Ornamenta plane significat *τιμή* velut Plat. leg. I p. 632^b *καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσιν τῶν νόμων τιμὰς ἀπονέμειν κτλ.* Iam *γεραρή* adiecto *τιμή* prorsus idem valet ac *γέρας*: cf. Dittenberger, Or. Gr. inscr. sel. 383, 35 *ἔτι δ᾽ ἐμὴ δικαία φροντὶς προσεξεῦρε τιμὰς ἐπιφανῶς γεραράς* (i. e. ornamenta honoraria).

Tum multis locis et titulorum et scriptorum communis quae vocatur dialecti *τιμή* et *δωρεά* iuxta ponuntur. Sed interdum voces illas non recte discerneremus, si diceremus *δωρεά* dona, *τιμή* honores significare. Hoc enim discrimen innatum eo fortasse obscuratum est, quod utraque vox adhibebatur ad universe significanda ornamenta. Quod docere potest decretum Teniorum IG XII 5 n. 824, 22 *δεδόχθαι τεῖ βουλεῖ καὶ τῶι δήμωι, εἶπαι μὲν αὐτῶι κυρ[ίας] καὶ τὰς πρότερον ἐψηφισμένας παρ᾽ ἡμῖν τιμὰς καὶ δωρεάς κτλ.* cf. Lucian. tyrannoct. 19 et Appian. b. c. IV 8; V 16.

Nec non *τιμαί* appellantur ei honores, quibus homines deos honorant; cum vocis *γέρας* usu haec fere exempla sunt comparanda: Lucian. Prom. 17 *καὶ πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν ἢ τὰς ἄλλας ὑμῖν τιμὰς*

απένειμαν οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι, et ib. paulo infra τὸν δὲ τῶν τιμῶν ὑμῖν καὶ τῶν θυσιῶν αἴτιον ἀπεσταυρώκατε, ubi voce τιμή honores, voce θυσία (sive verbo θύειν) sacrificia apparet significari. Laurent. Lyd. de mens. IV 2 (p. 66, 4 sqq Wuensch) ἄλλος δέ φησι τὸν Ἰανὸν ἥρωα γενέσθαι καὶ πρῶτον. κατασκευάσαι τεμένη καὶ τιμὰς τοῖς θεοῖς ἐπιτελέσαι κτλ. cf. etiam Diod. IV 4, 1 (I p. 398 sq Vogel).

ἀρχὴ ἔντιμος

Haec verba similiter ac γέρας ad significandum munus vel magistratum honoris causa tributum, vernacula lingua »Ehrenamt«, adhibentur Zosim. hist. IV 35,4 οὗτος (scil. Μάξιμος Ἴβηρ τὸ γένος) δυσανασχετῶν, ὅτι Θεοδόσιος ἠξίωτο βασιλείας, αὐτὸς δὲ οὐδὲ εἰς ἀρχὴν ἔντιμον ἔτυχε προελθών, ἀνήγειρε πλέον εἰς τὸ κατὰ τοῦ βασιλέως ἔχθος τοὺς στρατιώτας.

ἀριστεῖον

ἀριστεῖον est praemium certaminis vel virtutis, cf. Appian. b. c. VI (Λιβυκή) 23 (I p. 212, 15 sqq Mendelssohn) Σκιπίων δὲ ὅπλων τε καὶ χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ ἐλέφαντος πολλοῦ καὶ ἵππων ἄλλων τε καὶ Νομαδικῶν κεκρατηκώς, καὶ διὰ μιᾶς τῆσδε νίκης, λαμπροτάτης δὴ γενομένης, ἐς γόνυ τὰ Καρχηδονίων καταβαλὼν ἅπαντα, ἀριστεῖα τῷ στρατῷ διεδίδου κτλ[1]).

---

[1]) cf. Herod. VIII 11. γέρας hac notione legitur apud Pindarum (p. 22 sq) Laurentium Lydum (p. 49 sq) Anonymum Byzantinum (p. 50).

ἱερώσυνα

Vox ἱερώσυνα[1]), quae non nisi numero plurali adhibetur, proprie significat emolumenta sacerdotibus tribuenda. Nam quod in Bekkeri Anecd. Gr. I p. 44, 9 vocem ἱερώσυνα sic invenimus explicatam τὰ τοῖς θεοῖς ἐξαιρούμενα μέρη καὶ θυμιώμενα, non comprobandum est, immo recte Etym. Magn. p. 468 s. v. ἱερώσυνα· τὰ εἰωθότα δίδοσθαι ἐξαίρετον τοῖς ἱερεῦσιν; similiter Hesych. et Phot. lex. s. v. ἱερώσυνα. cf. Amipsiae com. frg. 7 Kock CAF I 672

ἐντευθενὶ δίδοται μάλιστα ἱερώσυνα,
κωλῆ, τὸ πλευρόν, ἡμίκραιρ' ἀριστερά.

Haec notio vocis ἱερώσυνα saepe in sacrorum titulis invenitur: cf. velut Dittenberger, Syll. 439, 5 sq ἱερεώσυνα . . . διδόναι . . . κωλῆν, πλεῦρον, οὗς[2]).

---

[1]) De forma vocis ἱερώσυνα cf. Puttkammer, Quo modo Graeci victimarum carnes distribuerint, Regim. 1913, p. 2 adn. 3.

[2]) Praeterea cf. Puttkammer, l. l. p. 3 sqq. In nonnullis titulis asiaticis etiam ἱερά vel ἱερὴ μοῖρα de sacerdotum emolumentis adhibetur; v. Stengel, Herm. XLIX (1914) p. 97 adn. 1.

Conclusio

Iam iis quae proposita erant absolutis breviter complectar, quae de vocis γέρας significatione atque usu invenimus.

γέρας primum apud poetas nobis occurrit: Iam apud Homerum complures habet significationes, quae et ad res et ad honores pertinent. Qua ex notionum silva ea notio genuina ac vetustissima videtur esse, quae valet praecipuam praedae partem, donum dico, quod ex praeda nondum dispertita praeclaris viris eligebatur et honorandi causa ad iustam praedae partem (μοῖρα ἴση) addebatur (v. supra p. 2 sqq).

Deinde γέρας apud Homerum, ubi de rebus domesticis agitur, peculiarem carnis (ac vini) partem significat (v. p. 3 sq). Uno Homeri loco honorandi notio paene evanuit, ita ut γέρας universe donum sit, quod servis datur (v. p. 4).

Tum γέρας honores significat, et magistratum eiusque auctoritatem vel dignitatem (v. p. 4 sq) et privilegium (v. p. 5).

Nec non γέρα sunt eae res, quibus dei ab hominibus honorantur, sacrificia dico (v. p. 5 sq) et honores, qui mortuis tribuuntur (v. p. 6).

Ex Homero pendent posteriores, imprimis epici poetae:

Apud epicos γέρας adhibetur eiusmodi quoque locis, quibus agitur de rebus deorum; significat ea

praemia et honores, quae Iuppiter singulis tribuit deis; inter quae praecipua sunt et potestates vel imperia deorum (v. p. 10 sqq et p. 13 sq) et privilegia vel beneficia deo vel deae tributa (v. p. 12 sq). Interdum huiusmodi privilegium vel beneficium etiam hominibus a deis tribuitur et in arte vel facultate quadam constat (v. p. 16 sqq).

Epigrammatici poetae cum alias vocis γέρας notiones tum notionem sacrificii usurpant (v. p. 21). Interdum γέρας apud huius generis poetas significat etiam donum deis consecratum (v. p. 21).

Iam de poetis lyricis pauca dicam: Inter quos Pindarus ex illa notione, quae videtur vetustissima, praemii dico honorarii bellis bene gestis tributi, similem notionem propriam deduxit, quae est certaminis vel victoriae praemium, quod tribuebatur eis qui in certaminibus et Olympicis et ceteris vicerant (v. p. 22 sq). Hunc vocis γέρας usum Bacchylides aliique a Pindaro videntur recepisse (v. p. 23; 27).

Tragici et comici poetae nihil novi addunt.

In vetustiore oratione soluta γέρας non saepe invenitur, propterea sane quod non sermonis est cotidiani, sed altioris poetarum generis. Solus Plato γέρας saepius usurpat; eius enim dicendi usus poetarum rationem magnam partem sequitur (v. p. 40 sqq). Ceteri autem scriptores qui a. Ch. n. vixerunt voce γέρας satis raro utuntur.

Posterioribus temporibus γέρας rursus saepius atque saepius invenitur, sed vi minuta ac colore exstincto, ita ut multis locis universe significet ornamentum (v. imprimis p. 46 sq). Nam quod

apud Platonem ex ingenio et dicendi ratione poetica videtur fluxisse, quaesitum et arte quadam arcessitum est apud hos posteriorum temporum scriptores, qui sermonem poetarum flosculis ornabant (v. p. 43 sq). Inter quos scriptores Libanius praecipuum tenet locum; is enim secundum dicendi rationem, quae vetustatis colorem praebet, persaepe *γέρας* adhibet (v. p. 50 sqq).

Apud scriptores Christianos *γέρας* propriam accipit notionem; significat enim Dei beneficia vel gratias, quas homines accipiunt (*χαρίσματα*). Quae notio videtur profecta esse ex illa iam apud vetustiores poetas epicos inventa, quae est privilegium vel beneficium hominibus a deis tributum (v. p. 57 sq).

Denique in titulis soluta oratione conscriptis una potissimum invenitur notio, quae pertinet ad res sacras: Iam apud Homerum eae peculiares carnis (ac vini) partes, quae in epulis comparatis tribuebantur praeclaris viris, interdum *γέρα* appellantur, nec non uno Xenophontis loco (v. p. 36) ea emolumenta, quae regi ut summo sacerdoti honorandi causa dabantur. Haec notio in titulis amplificata et nonnihil mutata nobis occurrit; *γέρας* enim saepe ea significat emolumenta, quae in omnibus sacrificiis faciendis hominum consuetudine sacerdotibus tribuebantur (v. p. 58 sqq).

Index locorum quibus *γέρας* invenitur

*) Adscriptus est paginae numerus eis locis, qui in ipsa dissertatione commemorantur.

Corrigenda

p.	8	v	3	pro	§ 5 (vol. IV lege § 25 (vol. V
»	»	»	7	»	*τους* lege *τοὺς*
»	26	»	12	»	XVIII 1 sqq lege XIX 12 sqq
»	35	»	1	»	*ηρωες* lege *ἥρωες*
»	44	»	22 sq	»	*μετεσ-τρατοπέδευσαν* lege *μετε-στρατοπέδευσαν*
»	51	»	19 sq	»	*τυρα-ννουμένης* lege *τυραν-νουμένης*
»	52	»	10	»	*ἥ πίστεως* lege *ἢ πίστεως*
»	53	»	1	»	*κατα* lege *κατὰ*
»	57	»	30	»	67, 16 lege 67, 19
»	58	»	2	»	'tribus' lege 'quattuor'
»	»	»	25	»	67 lege 33
»	63	»	extr.	»	3. lege 4.
»	64	»	1	»	*ἀρισ-τεύοντας* lege *ἀρι-στεύοντας*
»	68	»	19	»	*ἐπειδή* lege *ἐπειδὴ*
»	74	»	1	»	*απένειμαν* lege *ἀπένειμαν*

VITA

Natus sum *Carolus Katluhn* a. d. V. Id. Nov. anni MDCCCLXXXVIII Insterburgi, in urbe Borussiae orientalis, patre *Carolo* matre *Elisa*, quibus viventibus gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. In schola civili per tres annos litterarum primordiis imbutus gymnasium adii Insterburgense, quod per decem annos frequentavi. Vere anni MCMVIII maturitatis testimonium adeptus Friburgum Brisgavense me contuli ibique per sex menses in studia philologica incumbebam. Deinde civibus almae matris Albertinae Regimontanae adscriptus per octies sex menses studiis philologicis et historicis operam dedi.

Docuerunt me viri doctissimi Friburgenses: *Aly, Levy, Schmalz, Steup, Thurneysen*; Regimontani: *Ach, Baumgart, Bezzenberger, Deubner, Dorner, Goedeckemeyer, Haendcke, Jeep†, Jensen, Krauske, Ludwich, Muenzer, Rossbach, Ruehl, Schubert, Schulze, Spangenberg, Tolkiehn, Werminghoff, Wuensch.*

Proseminario philologorum, quod regebant *Deubner, Jeep†, Ludwich, Rossbach, Wuensch,* interfui per quater sex menses, seminarii philologici, cui moderabantur *Deubner, Rossbach, Wuensch,* sodalis fui per bis sex menses, historici *Muenzero* rectore per sex menses. Praeterea ad exercitationes archaeologicas *Rossbach*, epigraphicas *Ruehl*, grammaticas *Tolkiehn* benigne me admiserunt.

Quibus omnibus viris doctissimis gratias ago iustas ac debitas, maximas autem *Ludovico Deubner*, qui huius dissertationis conscribendae auctor, perficiendae dux semper consilio atque opera benevolentissime me adiuvit.